
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

QVAESTIONES ARCHILOCHEAE

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS CONSENSV ET AVCTORITATE

IN

ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA

AD

SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

VDO BAHNTJE
BRVNSVICENSIS

GOTTINGAE
TYPIS EXPRESSIT OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA
MDCCCC

*De dissertatione probanda ad ordinem rettulit G. **Kaibel**.*
Examen rigorosum habitum est die XXIII. mens. Nov. a. IC.

VDALRICO DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF

S.

CAPVT PRIMVM.

DE ARCHILOCHI VITA.

Fridericus Theophilus Welcker eodem fere tempore quo Sappho a prava opinione liberabat etiam de Archilochi nomine bene meritus est; quem in censura editionis Libelianae (1816 opusc. I 72) a contumeliosae acerbitatis opprobrio vindicavit, cum primus post saeculorum tenebras iambicae poesis naturam verumque poetae ingenium perspiceret. priusquam ea quaestiuncula publici iuris facta est, COMuellerus extitit qui non solum e fragmentis ceteraque memoria claram poetae componeret imaginem, sed etiam quem inter ceteros poetas locum haberet ingeniosissime ostenderet. sane huius fundamenti firmitatem posteris augendam vel stabiliendam reliquit: neque enim omnia primo aggressu expedire neque omnibus testimoniis perfecta quaestione uti poterat. quae parva videntur pro operis magnitudine. at post eum Bernhardiumque Dunckerus ut in ceteris poetis lyricis ita in Archilocho id peccavit, quod quaecumque sibi apta videbantur fragmenta in vita describenda ad res hominesque fortuito nobis notos rettulit eaque male interpretatus permulta statuit a vero aliena. multum profecit Bergkius, cum eo fundamento niteretur quod ipse sibi in editione paraverat. eo magis dolendum est, quod etiam ille saepius fragmentorum argumenta plane incerta nota habuit. ex iis qui nuperrime Archilocho operam navaverunt Eduardo Meyero, cuius historiae antiquitatis Graecae multa magnaque debemus, et

Crusio, qui Archilochum in Paulii et Wissowae Encyclopaedia ita tractavit, ut omnibus iam ab illa commentatione proficiscendum sit grato, ut par est, animo nominatis ad ipsam accedamus de vita Archilochi quaestionem, cum non de omnium testimoniorum auctoritate rationem constare nobis quidem persuasum sit.

In hac quaestione praeter fragmenta ipsa duplici nitimur fundamento. primum Critiae quodam testimonio, quod quanti nobis faciendum sit, postea apparebit. praeterea oracula quaedam ad Archilochi vitam genusque pertinent. nam duae imprimis feruntur narratiunculae in fabularis historiae modum compositae: Telesiclem Archilochi patrem ab Apolline Pythio iussum Pariorum coloniam Thasum deduxisse; eundem Apollinem poetam vel mortuum praecipuo honore affecisse. quibus fabellis utrum fides habenda sit necne, primum inquiramus, ut in reliquis libere progrediamur. nam de earum origine atque auctoritate quaerendum esse, postquam omnes id neglexerunt, APiccolominius primus in Hermae 18, 264 ostendit[1]). cuius ratiocinationem omnibus[2]) qui quidem de ea re scripserunt probatam denuo excuti oportet, cum parum certa videatur.

Primum de testibus agamus. nam a multis narratiuncula illa ante Aristotelis tempora nota per longum antiquitatis spatium pervulgata etiam nobis traditur. quorum nobilissimus est Aristoteles, cuius verba quamvis detruncata in Heraclidis epitome fr 611, 25 p 377 R leguntur[3]). Plutarchus[4]) de sera num. vind. 17 560e et Aelia-

1) eodem loco etiam de aliis fabellis de Archilocho traditis egit. atque cum optime quidem de Archilocho Lacedaemone expulso disseruerit (266), de eis quae de Lycambae morte fabulosa protulit alio loco spero me quaesiturum esse.

2) cf. Hillerus in Bursiani Annal. 1883, 261. E. Meyer Gesch. d. Altert. II § 370. Crusius l. l. II 495 sq. alii.

3) Heraclidis enim πολιτείας nihil esse nisi Aristotelis epitomen iam reperto π. πολιτείας Ἀθηναίων libro certum est. cf. Wilamowitzius Aristot. und Athen I 292 sq.

4) idem hanc fabellam respicit Num. 4 I 125$_{18}$ Si.

nus ap. Suidam s. Ἀρχίλοχος qui fabellam fere integram exhibent ex uno eodemque auctore[5]) sua deprompserunt. ex simili fonte Dio Chr. or. 33 I 300 A et Aristides or. 46 II 380 D hauserunt; Aristidem secutus est Libanius decl. 29 p 687. etiam Galenus protr. 9 simili auctore usus esse videtur. omnes quos attuli auctores praeter Aristotelem eodem fere modo fabellam narrant, cui praemittunt prooemium quoddam (praeter Plutarchum qui eo uti non poterat) ὅτι τῶν σπουδαίων οὐδὲ θανόντων οἱ θεοὶ λήθην τίθενται (Aelian.): eiusmodi igitur sententiam in communi fonte extitisse verisimile est. ab his auctoribus abhorret in interfectoris nomine allato Oenomaus ap. Euseb. pr. eu. V 33; Oenomai auctorem etiam Originem qui c. Cels. III 25 ad hanc fabellam adludit secutum esse verisimile est. ab omnibus his testibus distinguendi sunt Plinius[6]) n. h. VII 109 et qui eum exscripsit Solinus[7]) I 117, cum Archilochum cum Ibyco confundant. reliqui inter se consentiunt, nisi quod nomen interfectoris de quo Piccolominius non egit ab aliis aliud affertur. Aelianus[8]) quidem et Plutarchus[9]) quod dicunt nomen Καλώνδας vel Καλλώνδης[10]), cognomen Κόραξ ei fuisse, aliquam movent suspicionem, cum temporum illorum vetustati cognominis iocularis usus non conveniat. dubitationem confirmat Aristoteles qui nullum affert nisi Coracis nomen[11]), ita ut initio duplicem eiusdem

---

5) neque enim Aelianus Plutarchum exscripsit, cum nonnulla praebeat quae apud Plutarchum non leguntur. cf. Haas quibus font. Aristid. usus sit Diss. Gryph. 1884 p 59 sq.

6) '*Archilochi poetae interfectores Apollo arguit Delphis*'.

7) p 29_2 M[2]: '*quippe tunc percussores Archilochi poetae Apollo prodidit, et latronum facinus deo arguente detectum*'. cf. Welckerus opusc. I 105^{13}.

8) Ael. l. l. καὶ ὅτε ἧκεν ὁ ἀποκτείνας αὐτὸν Καλώνδας μὲν ὄνομα Κόραξ δὲ ἐπωνύμιον κτλ.

9) Plut. l. l. qui antea Κόρακι τῶι Ναξίωι verbis utitur, ἐκαλεῖτο Καλλώνδης ὡς ἔοικεν, ἦν δ' αὐτῶι Κόραξ ἐπωνύμιον.

10) Naxii sine dubio forma Καλώνδης usi sunt quae apud utrumque restituenda esse videtur.

11) Ar. fr. 611, 25 p 377, 1 R Ἀρχίλοχον τὸν ποιητὴν Κόραξ ὄνομα.

fabulae fuisse memoriam statuendum videatur ab Aeliani Plutarchique auctore conflatam[12]). tertium praeterea legitur nomen Ἀρχίας apud Oenomaum[13]).

Oraculorum vestigia a Piccolominio satis diligenter composita non necesse est repeti. unum tantum addere liceat a Wilamowitzio mihi indicatum quod ex Oenomai lusu τῆς παρ' ὑμῶν φωνῆς ἄνδρα φωνάεντα ἀποκτείνας elucet.

In altero oraculo constat Calondae imperatum esse, ut locum quendam peteret, ubi Archilochi manes placaret. ab hoc iussu Piccolominius argumentationis exordio repetito et de huius oraculi forma genuina et de oraculorum origine egit. atque de genuino oraculo hanc protulit sententiam (268): neque Aeliani verba ὁ θεὸς αὐτὸν κελεύει ἐλθεῖν ἐς Ταίναρον, ἔνθα Τέττιξ τέθαπται neque Plutarchi ἐκελεύσθη πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν ἱλάσασθαι τὴν τοῦ Ἀρχιλόχου ψυχήν· τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος κτλ. pristinam oraculorum ambiguitatem servasse, utrumque testimonium corruptum esse; tamen in Aeliani verbis ἔνθα τέττιξ τέθαπται veri latere vestigium, quibus locus sepultae cicadae indicatus sit. postea vero hominem extitisse qui verbo quodam Τέττιγος ἕδρανον usus facete scilicet dicto falsam illam

ἔκτεινε· πρὸς ὅν φασιν εἰπεῖν τὴν Πυθίαν 'ἔξιθι νηοῦ' κτλ. verba Αρχ.—πρὸς quamquam in 'recentioribus' tantum extant codicibus, tamen sunt genuina. nam de librorum ratione non recte iudicasse Rosium, id quod Kaibelius Wilamowitziusque in Aristotelis πολ. Ἀθ. editione [3] p 83 ante me breviter indicaverunt, paucis a me exponendum est. non cod. Vat. 997 omnium librorum archetypus est; immo cum ABC Schneidewinianis alterius est familiae, alterius Perusci liber p aliique recentiores. qua de re constat ex utriusque familiae lacunis (de quibus v. Schneid. p LXIV): quibus locis sicut aliis V cum ABC plane consentit. neque p ex V exscriptum esse eo certum fit, quod in p multis locis codicum ABCV scripturae postea additae sunt: p 5_{15} Schneid. 6_8 $7_{3\cdot6}$ 8_{12} $10_{6\cdot8-9}$ 11_{10} 13_{11}('p²')$_{\cdot16}$ $15_{10\cdot14}$ 16_{16} 17_4 21_5; etiam ad lacunas explendas Peruscus non sine sagacitate alteram familiam adhibuit (fortasse codicem Vaticanum V, nam in p 17_4 αὐτῆς legitur cum VA [: αὐτοῖς C], 23_1 cum V solo Βρεντεσίους: quo codice in bibliotheca Vat. uti poterat) 14_{1-3} 17_{5-8} 19_{11} (non in mg) 20_3 22_{2-3} 22_9–23_2 $25_{1\cdot14}$.

12) nescio an Plutarchus verbis ὡς ἔοικεν hanc difficultatem respiciat.

13) ap. Euseb. l. l. ὁ φονεὺς (Archilochi) — ἡ πρὸς τὸν Ἀρχίαν ἀπειλή.

Tettigis Cretensis notionem in oraculum inferret; quem interpolatorem secutos et Aelianum et Plutarchum de Tettige Taenaroque verba facere: contra Pythiam Archilochi sepulcrum in animo habuisse. in hac argumentatione hoc solum verum est Taenari nomen ipsum non extitisse: neque interpolatorem neque cicadam concedimus. siquidem inter Aelianum et Plutarchum hoc discrimen esse videmus: Aelianus utitur verbis ἐς Ταίναρον ἔνθα Τέττιξ τέθαπται, Plutarchus his πορευθεὶς ἐπὶ τὴν τοῦ Τέττιγος οἴκησιν quae postea explicat τοῦτο δ' ἦν ὁ Ταίναρος. οἴκησις autem Plutarchi non potest esse 'domus' sed i. q. κτίσις, nam Τέττιξ Iovis filius (Steph. B. s. Ταίναρος) non potuit tum superesse. itaque in communi Plutarchi et Aeliani fonte fuit Τέττιγος ἕδρανον, quod alter οἴκησιν alter τάφον explicabat. eadem scilicet est glossa Hesychiana de qua quid statuat Piccolominius 269[1] nescit. quod insuper comprobatur verborum Plutarchi τοῦτο δ'ἦν ὁ Ταίναρος· ἐκεῖ γάρ φασιν ἐλθόντα μετὰ στόλου Τέττιγα τὸν Κρῆτα πόλιν κτίσαι egregio concentu cum Hesychii ἡ Ταίναρος. Τέττιξ γὰρ ὁ Κρὴς Ταίναρον ἔκτισεν. sic etiam sine inepto interpolatore genuinam oraculi ambiguitatem vel morem poetice circumloquendi assecuti sumus. revera autem in Taenaro Calondae Archilochi manes sacrificio quodam placandi fuerunt, ubi descensus ad inferos fuit nobilis[14]). eodem modo Vlixes in Necyia ad fauces Orci venit mortuorum animis sacra facturus; exemplum sacrificii in Taenaro facti Plutarchus addit huic de Calonda narratiunculae: ὁμοίως δὲ καὶ Σπαρτιάταις χρησθὲν ἱλάσασθαι τὴν Παυσανίου ψυχὴν ἐξ Ἰταλίας μεταπεμφθέντες οἱ ψυχαγωγοὶ καὶ θύσαντες ἀπεσπάσαντο τοῦ ἱεροῦ τὸ εἴδωλον.

Itaque etiam altera Piccolominii coniectura p 268. 270 concidit. Tettix enim heros ille tantum a cicada abest, ut eum lusum e fragmento 143 Archilocheo πτερῶν τέττιγος ἐδράξω receptum esse ne cogitari quidem possit. etiam illa Μουσάων θεράποντος figura ab Archilocho aliena est. nam in fr 1 unde Piccolominius eam ortam esse putat, (p 270) omnino alia res est:

---

14) SWide lakon. Kulte p 34.

εἰμὶ δ'ἐγὼ θεράπων μὲν Ἐνυαλίοιο ἄνακτος
καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος.

ministrum igitur se appellat Martis non Musarum, quas poeticam artem sibi donasse[15]) profitetur doctus poeta. contra oraculorum auctor cum θεράποντα Μουσάων dixit alio usus est nomine quod non ab Archilocho sed ex epica poesi mutuatus est[16]).

Cum igitur oracula Archilocheis verbis non adornata esse apparuerit, etiam de origine eorum adhuc nihil effectum est, nisi quod non inani opera ea ex carminum frustulis compilata esse scimus. quare testes oportet interrogare; iam quod interpretando invenimus eam narratiunculam non ab homine quodam Peripatetico conflatam esse, ut haberet quae de poetae vita diceret, sed aetate illa natam esse cui eius generis commenta tribuere nondum liceat, Aristotele teste certum fit. qui quo auctore usus sit nos quidem nescimus[17]). potest cogitari de vita vetusta sicut Homericam Hesiodeam habemus[18]), potest de memoria alia inter Parios vel Thasios pervulgata, ὥρους dico. certius de ea re loqui nondum licet[19]). contra quae ad originem explorandam aliquid valere mihi videntur afferam. Alcidamas apud Aristot. rhet. II 23[20]) cum de multis aliis

15) nobilis usus paucis exemplis defungar θ 481. 488 Hesiod Th. 22 93 103 O. 662 Sol. 13_{51} epigr. 228ᵃ 2. 655_3 K.

16) ad Aristoph. Av. 909 913 schol. V adferunt Margitae versum fr 1_2 Ki. cf praeterea hymn. Hom. 32_{20}. Hes. Th. 100 Theogn. 769.

17) quod Christius Gr. Litt.-G. ³ 135_5 coniecit fabulam in Alcidamantis μουσείωι extitisse argumentis caret: de quo quae Nitzschio auctore circumferuntur nihili esse alio loco spero me expositurum esse.

18) qualem Crusius, qui tamen Piccolominium secutus hanc fabellam recentiorem habet, Alcidamanti notam fuisse l. l. p 496 suspicatus est.

19) cf Wilamowitz. Arist. u. Ath. II 18. — nuperrime Hillerus de Gaertringen Pari titulum invenit, unde id quod Wilamowitzius mecum commonefecit non solum novos quosdam versus cognoscemus quamquam misere mutilatos, sed etiam id discemus primo a. Chr. saec. Parium hominem de Coerani illius Arch. fr 114 archontis Parii aetate egisse.

20) hoc fragmentum a Sauppio quem Vahlenus in actis soc. Vindob. XLIII 502 secutus est parum recte inter Musei fragmenta receptum

loquitur tum de Archilocho haec tradit: Πάριοι γοῦν Ἀρχίλοχον καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασιν, id quod Crusius l. l. p 496 et Wilamowitzius Goett. gel. Anz. 1896, 633 recte interpretati sunt Archilochum apud Parios herois honoribus cultum esse[21]); unde sequitur eius tumulum Pari fuisse[22]) in quo heroa habitare credebant. ab eo cultu oracula abhorrere apparet, nam in altero eorum Calondas iubetur Taenari sacra facere: Archilochi manes in orco esse creduntur. quod discrimen quanti nobis esset, si sciremus quo tempore cultus ille Pari valuisse. utut haec se habent, illud tenendum est de Archilocho memoriam antiquitus traditam extitisse. de maioribus eius Cereris Pariae Thasiaeque sacerdotibus fabula narrabatur teste Pausania X 28, 3 a Polygnoto Thasio recepta[23]): quae certo cum Thasia regione coniuncta fuit. de ipsius cultu illo Alcidamantis testimonio certiores fimus. quare non video cur huic fabellae fidem derogemus quam apparet eo modo comparatam esse qui vetustis temporibus conveniat.

Iam ubi Archilochum in his oraculis Τελεσικλείου παιδός nomine appellatum esse in memoriam revocamus, animus eo pungitur, quod idem Telesicles in alio oraculo occurrit. nam Oenomaus ap. Eus. pr. eu. VI 7 per ludibrium ut solet Apollinem adlocutus ita verba facit[24])

ἄγγειλον Παρίοις, Τελεσίκλεες, ὥς σε κελεύω
νήσωι ἐν Ἠερίηι κτίζειν εὐδείελον ἄστυ.

ἀγγελῶ νὴ Δία, φήσει τάχα πού τις τετυφωμένος ἢ σε ἐλέγχων, κἂν μὴ κελεύσῃς· πέπρωται γάρ. καὶ ἔστι Θάσος μὲν ἡ Ἠερία

---

esse eo apparet quod in eo ὅτι πάντες τοὺς σοφοὺς τιμῶσιν exemplis satis breviter adstructis explicatur. dissimillimum igitur est fragmento illi e Certamine recepto atque magis orationis lumen esse videtur.

21) Alc. magis fusus est de Anaxagora: ἔθαψαν καὶ τιμῶσιν ἔτι νῦν.

22) E. Rohde Psyche I² 159 sqq.

23) cf Wilamow. hom. U. 223 sq; Crusius p 490 in eo errat quod hanc memoriam cum fabella de Pariorum colonia Thasia confundit; altera de Cereris mysteriis altera de civium colonia Thasum deducta agit: quod non eodem tempore factum esse Bergkius in hist. litt. II 182₉ (i. e. ₁₀) exposuit.

24) idem oraculum affert Steph. B. s. Θάσος v. p. 11.

νῆσος· ἥξουσι δ'ἐπ' αὐτὴν Πάριοι Ἀρχιλόχου· τοῦ ἐμοῦ υἱοῦ φράσαντος ὅτι ἡ νῆσος αὕτη πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. in oraculo, si hoc solum respicimus, hoc inesse videtur: Telesicles a Pariis (id quod verba ἄγγειλον Παρίοις docent) Delphos missus iubetur coloniam in Aeriam quandam insulam deducere.

Hoc oraculum E. Meyer l. l. § 300, cui ab Archilochi ipsius testimoniis alienum videretur, ut absurdum omnino reiecit [25]). quae testimonia sunt ea fragmenta in quibus poeta de Thaso verba facit. primum in iis locum Meyero obtinere videtur fr 21: ex Siris fluvii nomine ibi adhibito conclusit Archilochum primum Italiam postea Thasum adisse (§ 370). sed ea sententia refutatur apertis Critiae verbis ap. Ael. v. h. X 13 καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν ἦλθεν ἐς Θάσον. cum igitur Italiam non adierit, Σίριος ῥοάς ei notas fuisse alio modo explanandum est. neque difficilis res est: in eandem scilicet regionem illis temporibus Colophonii coloniam deduxerant, qua de re v. Geffcken *Timaios* p 14 sq 138 Busolt gr. Gesch. I² 412₁. in ceteris fragmentis quod oraculo contradicat non extat, immo quantum fieri potest iis confirmatur. neque enim dubium est, quin ipse patrem coloniam deducentem secutus sit cum tota familia: alio scilicet modo coloniae condi non poterant. ne Critiae quidem testimonium ei contradicit, quando quidem verbis καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν ἦλθεν ἐς Θάσον coloniae deducendae causa optime exponitur: Parus insula incolis non iam sufficiebat [26]). etiam in oraculo ipso testimonium quoddam auctoritatis inest: nam Thasus in eo Ἠερία νῆσος appellatur. quod si recens esset, auctor eius egregia usus esset doctrina. cuius reliquias invenimus apud Hesychium s Ἀερία . . . Θάσον δὲ τὴν νῆσον καὶ Αἴγυπτον καὶ Λιβύην καὶ Κρήτην καὶ Σικελίαν καὶ

25) Crusius p 490. 495, fortasse etiam Piccolominius (nam de ea re non aperte loquitur p 270) ut ea de quibus egimus ita hoc oraculum recentiori tribuit aetati.

26) quae Crusius l. l. p 492 de fr 51 profert omnino videntur incerta: nonne se ipse Archilochus alloqui potuit, nonne amicum? si ad amicum ea verba dixit verisimile est ea Thasi orta esse, ita ut in hac quaestione nihil valeant.

Αἰθιοπίαν καὶ Κύπρον οὕτως ἐκάλουν, Plin. n. h. IV 73: *Thasos . . . olim Aeria vel Aethria dicta.* revera autem hanc doctrinam ex oraculo ortam esse docet Steph. B. s. Θάσος: ὅτι καὶ Ἀερία ἡ Θάσος δῆλον ἐκ τοῦ χρησμοῦ τοῦ δοθέντος τῶι πατρὶ τοῦ Ἀρχιλόχου· ἄγγειλον Παρίοις — ἄστυ. idem respicit Oenomaus l. l. Ἀρχιλόχου φράσαντος, ὅτι ἡ νῆσος αὕτη (Thasus) πρὶν Ἠερία ἐκαλεῖτο. accedit quod oraculum Telesiclis nomine coniunctum est non solum cum illis de Calonda traditis quae satis vetusta esse antea vidimus, sed etiam cum memoria illa Thasia a Polygnoto adhibita in qua Archilochi proavus Τέλλις est; proavi nomen patris nominis compendium est. in oraculo igitur ipso insunt quibus auctoritas eius comprobetur; ab Archilochi fragmentis Critiaeque testimonio non abhorret sed quam potest optime cum iis consentit; quod quo argumento improbetur non video: nonne id ipsum esse potest quod Pariis ab Apolline datum est?

Fortasse etiam altera fabella narrabatur quae Archilochum ipsum coloniae ducem faceret, quamquam certo de ea iudicari non potest. alter narratiunculae testis est Oenomaus qui oraculo Telesicleo narrato haec de suo addit: εἰ μὴ σὺ μηνῦσαι αὐτῶι (Telesicli sc.) ἐβουλήθης, οὐκ ἄν ποτε ἤγγειλεν οὐδ' ἂν Ἀρχίλοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Παρίους ἐξενάγησεν οὐδ' ἂν οἱ Πάριοι Θάσον ὤικησαν: quae ut ab oraculo modo allato aliena non ita magnae videntur auctoritatis. alterum testimonium ut in coniectura positum etiam incertius inveniebatur in eodem Oenomai opusculo. nam ap. Eus. pr. eu. V 31 legitur Ἀντιόχωι (sic) τῶι Παρίωι ἀποβαλόντι τὴν οὐσίαν ἐν πολιτικῆι φλυαρίαι καὶ ὑπὸ λύπης ἥκοντι πρός σε λέγειν·

Ἀντίοχ' ἐς Θάσον ἐλθὲ καὶ οἴκει εὐκλέα νῆσον

ubi Archilochi nomen Holstenus restituebat. neque vero eo oraculo coloniam deducendam iuberi necesse est intellegi. ut tamen concedamus alteram extare memoriam, eam omnino nihil valere ex Archilochi et Critiae testimoniis satis apparet, praesertim cum secundum Semonidis exemplum (Steph. B. s. Ἀμοργός Suidas s. Σιμωνίδης) ficta esse videatur.

Restat aliud oraculum in AP XIV 113 servatum χρησμὸς ἐπ' Ἀρχιλόχωι λεχθεὶς Πυθίης ὑπ⟨ὸ⟩ ὀμφῆς·

Ἀθάνατός σοι παῖς καὶ ἀοίδιμος ὦ Τελεσίκλεις
ἔσσετ' ἐν ἀνθρώποισιν, ὃς ἂν πρῶτός σε προσείπηι
νηὸς σῆς ἀποβάντα φίληι ἐν πατρίδι γαίηι.

priorem oraculi partem ἀθάνατος — ἀνθρώποις Oenom. ap. Euseb.[27]) pr. eu. V 33 repetit. quod oraculum eo tempore ortum esse apparet quo Archilochi nomen magnum redditum omnium in ore versaretur.

Cetera autem non sine fructu nos perscrutatos esse puto. nam quae de colonia Thasia, de genere et morte Archilochi audivimus verae memoriae antiquitus traditae deberi videntur atque digna quibus in exponenda Archilochi vita utamur.

In quo negotio multum adiuvamur Critiae testimonio apud Aelianum v. h. X 13 servato: αἰτιᾶται Κριτίας Ἀρχίλοχον ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν· εἰ γὰρ μή, φησίν, ἐκεῖνος τοιαύτην δόξαν ὑπὲρ ἑαυτοῦ εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξήνεγκεν, οὐκ ἂν ἐπυθόμεθα ἡμεῖς οὔτε ὅτι Ἐνιποῦς υἱὸς ἦν τῆς δούλης, οὐθ' ὅτι καταλιπὼν Πάρον διὰ πενίαν καὶ ἀπορίαν ἦλθεν ἐς Θάσον, οὔθ' ὅτι ἐλθὼν τοῖς ἐνταῦθα ἐχθρὸς ἐγένετο, οὔτε μὴν ὅτι ὁμοίως τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς ἔλεγε. πρὸς δὲ τούτοις, ἦ δ' ὅς, οὔτε ὅτι μοιχὸς ἦν ᾔδειμεν ἂν εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ μαθόντες, οὔτε ὅτι λάγνος καὶ ὑβριστής, καὶ τὸ ἔτι τούτων αἴσχιον, ὅτι τὴν ἀσπίδα ἀπέβαλεν. οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν ὁ Ἀρχίλοχος μάρτυς ἑαυτῶι, τοιοῦτον κλέος ἀπολιπὼν καὶ τοιαύτην ἑαυτῶι φήμην. ταῦτα οὐκ ἐγὼ τὸν Ἀρχίλοχον αἰτιῶμαι, ἀλλὰ Κριτίας. de quo quod Crusius non confidentius loquitur p 491, 58 per Aelianum factum esse videtur. at Aelianus in iis quae de suo praemisit infelix fuit: neque verbis ὅτι κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν rem assecutus est nec recte Critiam dicit Archilochi accusatorem. immo illius et consilium et auctoritas elucet ex iis verbis quibus ipse rem comprehendit οὐκ ἀγαθὸς ἄρα ἦν ὁ Ἀρχίλοχος μάρτυς ἑαυτῶι: testimonium habemus ex Ar-

27) quem Theodoretus gr. aff. cur. p 141_{20} exscripsit. — Dio Chr. or. 23 12 I 300 A idem spectat: τοιγαροῦν μόνος καὶ μετὰ τελευτὴν καὶ πρὶν ἢ γενέσθαι τῆς μεγίστης ἔτυχε μαρτυρίας παρὰ τοῦ δαιμονίου . . . τῶι πατρὶ δὲ αὐτοῦ χρεωμένωι πρὸ τῆς γενήσεως ἀθάνατόν οἱ παῖδα (ὁ Πύθιος ἔφη) γενήσεσθαι.

chilocho ipso haustum. in his igitur quam certissimo utimur fundamento.

De Archilochi vita ne longus sim nota non repeto. Pari eum mortuum esse OMueller iure conclusit ex oraculo illo quod Coracem Naxium interfectorem eius fuisse tradit. cuius auctoritas comprobari videtur ex Alcidamantis testimonio secundum quem Archilochum apud Parios herois honoribus fructum esse antea vidimus. quae carmina Thasia quae Paria habenda sint invenies cum apud alios tum in Crusii collectione p 492 sqq; Thasiis ex Plutarchi testimonio de tranquill. an. 10 fr 25 addendum est [28]); etiam nobile illud carmen fr 74 verisimile est Thasi ortum esse [29]). Glaucus qui in fr 54 in Thracia orto nominatur cum praeterea in fr 57 70 inveniatur, etiam haec illi tempori tribuam, nisi forte Glaucus ille alibi cum Archilocho fuit.

Restat ut incertis quibusdam silentio praetermissis de ultima vitae parte pauca dicam. quae de ea sciamus O. Muellerus optime exposuit tacendo: quae postea viri docti addiderunt vereor ut bene se habeant. nam quod Bergkio h. litt. gr. II 184 Crusio aliis persuasum est poetam bello a Chalcidensibus contra Eretriam gesto interfuisse concedi

---

28) fr 2 quod propter οἶνον Ἰσμαρικόν Thraciam ostendit originem a plerisque non recte intellegitur: non Archilochus dicit quae Hybrias scol. 28 ἔστι μοι πλοῦτος μέγας δόρυ: cui contradicit et ἐν δορί et nomen vini additum et πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος. immo imaginem proposuit militis excubantis cui quibus opus est ab hasta pendent: οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς νήφειν ἐν φυλακῆι τῆιδε δυνησόμεθα.

29) de eo postquam Oppolzerus in act. soc. Vind. math. cl. vol 86 II 790 quaestionem incohavit Schwarzius ib. 87 II 763 omnes defectus intra annos 708 et 633 in mari Aegaeo visos congessit. qui fortasse etiam eos in censum venire putat qui anno 657 m. Iun. 15. die duabus fere ante meridiem horis et anno 661 m. Iun. 28. die quattuor fere post meridiem horis apparuerunt, quamquam in priore neque Thasiis neque Pariis, in altero nusquam terrarum totus sol defecit: propter hanc causam mihi quidem (nam verba νύκτ' ἔθηκεν ἀποκρύψας φάος ἡλίου totum solem obscuratum esse indicant) reiciendi videntur. ne in eo quidem qui restat Pariis sol magis quam in ceteris delituit, Thasiis per duodecimam vel decimam horae partem luce omnino sublata. quare Thasi hoc carmen ortum esse videtur.

non licet. iniuria enim putaverunt fr 3 eam sententiam comprobari cuius verba haec sunt:

οὔ τοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται οὐδὲ θαμεῖαι
σφενδόναι, εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγηι
ἐν πεδίωι, ξιφέων δὲ πολύστονον ἔσσεται ἔργον·
ταύτης γὰρ κεῖνοι δαίμονές εἰσι μάχης
δεσπόται Εὐβοίης δουρικλυτοί.

recte quidem Crusius p 495 OMülleri et Buchholzi sententiam qui Abantum nobilem pugnandi consuetudinem Saiorum fundis opponi putarent eo refellit quod eam a futuro τανύσσεται ἔσσεται abhorrere ostendit. tamen apparet eos versus non inter Chalcidenses factos esse. neutri enim exercitui Archilochum interfuisse eo comprobatur quod utrosque laude comprehendit: certo non hostes cum amicis celebrasset. ergo procul ab iis fuit, id quod insuper ipse indicat verbis κεῖνοι δεσπόται Εὐβοίης δουρικλυτοί. ea occasione hoc carmen factum esse videtur, cum pactionis illius in bello Chalcidensi factae qua fundis et sagittis uti vetabatur[30]) Thasum vel Parum venisset rumor.

Hoc loco rem attigimus gravissimam quae cum alia cohaeret, qualem vitam Archilochus egerit. Bergkius Meyerus Crusius qui Critiae credunt matrem eius Enipo servam fuisse[31]) inde deduxerunt eum per totam vitam perpetua miseria cruciatum nobilis hominis vitam semper appetivisse, nunquam assecutum esse; ea de causa postremo eum per gentes et urbes migrasse, omnibus invisum ab omnibus alienum mortuum esse. cui sententiae equidem non obsisterem, nisi eo quod Archilochum neque Sirin neque Euboeam adisse vidimus multum auctoritatis amisisset. iam quid e fragmentis Archilochi appareat ante omnia perscrutemur. Pariorum civitas cum illis temporibus satis floreret, etiam nobilium honorem atque dignitatem viguisse ut expectamus ita ex Archilocho certiores fimus. tamen

30) Strabo X 448 (αἱ πόλεις περὶ Ληλάνθου διενεχθεῖσαι) συνέθεντο ἐφ' οἷς συστήσονται τὸν ἀγῶνα. δηλοῖ δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῶι Ἀμαρυνθίωι στήλη τις φράζουσα μὴ χρῆσθαι τηλεβόλοις: cf Arch. 3_1 τόξα et σφενδόναι.

31) contra Welckerus putavit nomen ab Arch. fictum ab Iambes servae Thraciae non multum abesse, cf opusc. I 6 sq 29.

poeta eos non ut a se alienos inducit, sed quibuscum ipse familiariter coniunctus sit: ipse nobilis fuit. sororis maritum cum sociis naufragio demersum tota urbs luget (9 in). Archilochus ipse nobilium officiis et oblectationibus interest. in bellis gravibus armis utitur (2. 6), pugnando gaudet (1), Abantum nobilem dimicandi usum vehementer laudat (3). et in bello et in foro quam plurimum valere et populum regere ardet[32]). huius imaginis veritatem aliorum exemplis probari invenies: Semonides et Solon summo loco nati simili modo poetarum munere atque auctoritate utuntur; Mimnermus autem αὐλητὴς ἅμα καὶ ποιητὴς ἐλεγείων. in rebus publicis tractandis aliam ingressus est viam; et toto caelò Hipponax humili loco ortus ab illorum genere atque arte honesta distat.

CAPVT ALTERVM.

DE ARCHILOCHI NOMINIS APVD ANTIQVOS AVCTORITATE.

Quomodo Archilochi nomen per antiquitatem viguerit dum quaerimus illud non licet praetervideri imprimis nos uti scriptorum testimoniis. quamquam non solum totius populi sententiam e nonnullis elucentem agnoscimus, sed etiam multa summorum virorum iudicia invenimus; his qui summam tribuant auctoritatem in hac quaestione non multa spero desideraturos esse. quam pauca sint quae de hac re sciamus cuivis obiter inspicienti apparet. nam cum Archilochi nomen per totam fere antiquitatem vigeret et optimi cuiusque animus carminibus eius moveretur, singula

---

32) e. g. fr 54 sq 58 sq 64; 20 50—53 69 129: quamvis multa horum vestigiorum generi poesis non poetae ingenio tribuas, tamen ipse haec non minora esse censuit quam artem poeticam Athen. XIV 627 c Ἀρχίλοχος γοῦν ἀγαθὸς ὢν ποιητὴς πρῶτον ἐκαυχήσατο τὸ δύνασθαι μετέχειν τῶν πολιτικῶν ἀγώνων, δεύτερον δ'ἐμνήσθη τῶν περὶ τὴν ποιητικὴν ὑπαρχόντων αὐτῶι cf fr 1.

illius auctoritatis pervagatae et continuae testimonia ad nos pervenerunt.

Archilochus quibus honoribus sua aetate et proximo post mortem tempore elatus sit plane nescimus. in primo autem quod habemus testimonio summum una cum Homero obtinet locum; nam Heraclit. Eph., qui poesin respueret ut fallacem (cf fr 111 Byw. ἀοιδοῖσιν ἕπονται καὶ διδασκάλωι χρέωνται ὁμίλωι οὐκ εἰδότες ὅτι πολλοὶ κακοὶ ὀλίγοι δὲ ἀγαθοί), Homerum Archilochumque e certaminibus musicis removeri iubebat (fr 119 Diog. L. IX 1: τόν θ' Ὅμηρον ἔφασκεν [Heraclitus] ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι, καὶ Ἀρχίλοχον ὁμοίως). ergo illis temporibus mos erat [1]) carmina eius publice recitandi. quo honore Archilochum et Homerum frui vix casui tribuendum est, cum saepius ut duorum generum summi poetae coniungantur, velut apud Dion. Chr. 33 I 300 A δύο γὰρ ποιητῶν γεγονότων ἐξ ἅπαντος τοῦ αἰῶνος οἷς οὐδένα τῶν ἄλλων ξυμβάλλειν ἄξιον Ὁμήρου τε καὶ Ἀρχιλόχου κτλ. Vellei. Paterc. I 5: *neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fuerit, in eo perfectissimum praeter Homerum et Archilochum reperiemus* [2]). his cum nitimur testimoniis etiam vetustiores auctores certius intellegimus qui de Archilochi ingenio non multa verba faciant, sed simpliciter eius nomen vel verba afferant. tamen satis diserte locuntur; nam accedit insignis Archilochi imitatio apud iambographos tragicos comicos poetas conspicua quos illius exemplum etiam in novis generibus excolendis adiuvit. sed cum de hac re hoc loco non agendum sit ad te-

1) de qua in proximo capite plura nobis dicenda sunt.

2) cf. Crusius ap. Paulium - Wiss. II 504, 64. — Philostr. v. soph. II 27, 10 Longin. τέχν. p 187 Sp-H oratoribus legendos commendant (cf Quint. X 1, 46) Homerum et Archilochum cum poetis tragicis comicisque. Cic. nat. deor. I 107 loquitur de imaginibus *Homeri Archilochi*, Romuli Numae, Pythagorae Platonis. — Archilochi effigies in herma quodam cum Homero coniungi videtur, v. Visconti Icon. gr. I 6 Welckerus opusc. I 74. — ab his differe videtur quod Heraclid. Pont. ap. Diog. L. V 88 περὶ Ὁμήρου καὶ Ἀρχιλόχου scripsisse fertur (cf p 54): nam Archilochum Homeri ζηλωτὴν fuisse veteres non fugit cf Dio Chr. 55 II 116 lib. π. ὕψ. p 26, 8 I-V.

stimonia illa redeamus. Pindarus P II 53 dicit δάκος ἀδινὸν κακηγοριᾶν se evitaturum esse Archilochi fortunis edoctum: εἶδον γὰρ ἑκὰς ἐὼν τὰ πόλλ' ἐν ἀμαχανίαι ψογερὸν Ἀρχίλοχον βαρυλόγοις ἔχθεσιν πιαινόμενον: Archilochum quamquam vituperatorem dicit magni aestimat. Herodotus I 12 quem locum iniuria delebant Ἀρχίλοχον τὸν Πάριον de Gyge testem affert qui aliis locis Alcaeum Sappho Anacreontem Pindarum Simonidem respicit. apud poetas comicos et tragicos etiam in singulis multas imitationes invenimus quas enumerare non meum est[3]), e quibus patet poetam illis temporibus Athenis egregie cultum esse, cf cap. III. Platonis temporibus Archilochum non minore auctoritate usum esse inde elucet, quomodo in re publ. II 365 c ad eius de simia et vulpe fabulam alludit: nam cum dicit τὴν δὲ τοῦ σοφωτάτου Ἀρχιλόχου ἀλώπεκα ἑλκτέον ἐξόπισθεν κερδαλέαν καὶ ποικίλην non nescit eam omnium animis praesto esse. itaque verisimilitudine quadam non caret illa Plutarchi v. Pericl. 28 narratiuncula de Pericle in Elpinicen Archilocheo dicto uso fr 31 οὐκ ἂν μύροισι γρηῦς ἐοῦσ' ἠλείφετο. Aristoteles in arte rhet. III 17 Archilochi exhibet exemplum imitandum: εἰς δὲ τὸ ἦθος, ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὐτοῦ λέγειν ἢ ἐπίφθονον ἢ μακρολογίαν ἢ ἀντιλογίαν ἔχει καὶ περὶ ἄλλου ἢ λοιδορίαν ἢ ἀγροικίαν, ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης . . καὶ ὡς Ἀρχίλοχος ψέγει· ποιεῖ γὰρ τὸν πατέρα λέγοντα περὶ τῆς θυγατρὸς ἐν τῶι ἰάμβωι (fr 74) 'Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον' καὶ τὸν Χάρωνα τὸν τέκτονα ἐν ἰάμβωι οὗ ἡ ἀρχὴ (fr 25) 'Οὔ μοι τὰ Γύγεω'. vides etiam tunc carmina notissima fuisse e quibus Aristoteles leges artis deduceret.

Inter poetas Alexandrinos primum invenimus Archilochi castigatorem. nam Callimachus in eum hoc fecit epigramma (fr 37[a] cf Studem. an. I 224)

εἵλκυσε δὲ δριμύν τε χόλον κυνὸς ὀξύ τε κέντρον
σφηκός, ἀπ' ἀμφοτέρων δ' ἴον ἔχει στομάτων.

---

3) quamquam Deuticke, Arch. Par. quid in gr. litt. sit tribuendum Hal. 1877 p 56 sqq quaestionem imperfectam reliquit. de nonnullis uocibus in cap. IV agemus.

Diltheyus qui in libello de Call. Cyd. p 15 sqq de huius iudicii apud posteriores auctoritate disseruit eandem contemptionem inesse putat his verbis fr 223

τοῦ μεθυπλῆγος | φροίμιον Ἀρχιλόχου

id quod mihi dubium esse videtur; siquidem μεθυπλῆγος epitheton ex eo carmine quod Callimachus spectare videtur explicari licet: φροίμιον enim sine dubio est dithyrambus quem Archilochus in Bacchi honorem cantare se posse dicit, cum ebrius fuerit (fr 77 οἴνωι συγκεραυνωθεὶς φρένας). summis contra laudibus Theocritus omnia Archilochi carmina comprehendit ep. 21

Ἀρχίλοχον καὶ στᾶθι καὶ εἴσιδε τὸν πάλαι ποιητὰν
τὸν τῶν ἰάμβων οὗ τὸ μύριον κλέος
διῆλθε κἠπὶ νύκτα καὶ πρὸς ἀῶ.
ἦ ῥά μιν αἱ Μοῖσαι καὶ ὁ Δάλιος ἠγάπευν Ἀπόλλων
ὡς ἐμμελής τ' ἔγεντο κἠπιδέξιος
ἔπεά τε ποιεῖν πρὸς λύραν τ' ἀείδειν.

primo igitur loco nominat Archilochi iambos, deinde ἔπεα quo nomine etiam elegiam comprehendi Wilamowitzius Herm. X 344 exposuit, denique carmina lyrica quo nomine nisi fallor Iobacchos dicit fr 120 sq εἰς Ἀρχίλοχον ἀναφερομένους.

Ad grammaticos cum transgredimur res nobis attingenda est quae multis satis incerta videtur, canonem dico. Quintil. qui X 1, 54 de Aristarcho atque Aristophane poetarum iudicibus verba facit ib. 59 haec praebet: *ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad* ἕξιν *maxime pertinebit unus Archilochus.* unde Vsenerus in epilogo Dionysii π. μιμήσεως libello addito p 138 n 1 conclusit Aristophanis ‚delectum' alium fuisse verbis *Aristarchi iudicio* ut mihi quidem videtur sono nimio elatis quae non necesse est Aristophani opposita esse. nam quem Aristophanes alium recipere poterat (cum Ananias vix in censum veniat) praeter Archilochum Semonidem Hipponactem[4]) quorum nomina omnibus locis leguntur?

---

4) Kroehnert, canonesne fuerunt? diss. Regim. 1897 p 21[4] qui hanc Quintiliani difficultatem neglexit.

alii scilicet Alexandrinorum temporibus non extiterunt.

cum hac re non cohaeret Aristophanis iudicium apud Cic. ad Att. XVI 11, 2 servatum, qui Archilochum permagni aestimabat; Cicero ad Atticum scribit *quod vereris ne* ἀδόλεσχος *mihi tu, quis minus, cui ut Aristophani Archilochi iambus sic epistula longissima quaeque optima videtur.* — iam totum illum Quintiliani locum perlustremus: *sed dum adsequamur* [*-imur:* Halm] *illam firmam ut dixi facilitatem, optimis adsuescendum est et multa magis quam multorum lectione formanda mens et ducendus color. itaque ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad* ἕξιν *maxime pertinebit unus Archilochus*[5]. *summa in hoc vis elocutionis, cum validae tum breves vibrantesque sententiae, plurimum sanguis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam* (i. e. Homero) *minor est materiae esse non ingenii vitium.* ultima iudicii pars redit apud Plut. de aud. 13. 45b μέμφαιτο δ' ἄν τις μὲν τὴν Ἀρχιλόχου ὑπόθεσιν κτλ. simile quid in animo habere videtur Horat. ep. I 19, 23 *Parios ego primus iambos ostendi Latio numeros animosque secutus Archilochi, n o n r e s e t a g e n t i a v e r b a L y c a m b e n* (cf Iulian. p 337 a Synesius de insomn. p 156). hoc igitur de Archilochi materia iudicium satis nobile et pervulgatum erat. etiam legendi praeceptum simile saepius legitur velut ap. Longin. τέχν. p 187 qui Homerum Archilochumque praeter alios legi iubet, Menand. π. ἐπιδεικτικῶν III 393 Sp. — qua in re etiam id commemorandum est veteres de fabularum usu Archilocheo quaesivisse: Philostr. im. II 298K ἐμέλησε μὲν γὰρ καὶ Ὁμήρωι μύθων [-ωι: -ων Reiske cf Theo prog. II 73 Sp.] καὶ Ἡσιόδωι, ἔτι δὲ καὶ Ἀρχιλόχωι πρὸς Λυκάμβην, ἀλλ' Αἰσώπωι πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκμεμύθωνται κτλ., quocum consentit fere ad verbum Theo prog. l. s.; Iulian. or. 7. 207b eo ab his differt quod Homeri exemplum omittit: qui Hesiodo allato pergit ὁ δὲ μετὰ τοῦτον Ἀρχίλοχος ὥσπερ

5) cf. Procl. l. infra adscr. Ἀρχίλοχός τε ὁ Πάριος ἄριστος.

ἥδυσμά τι περιτιθεὶς τῆι ποιήσει μύθοις ⟨οὐκ⟩ ὀλιγάκις ἐχρήσατο κτλ. cf p 227 a. sed ne nimis festinanter progrediamur id uno verbo tangam etiam grammaticorum[6]) cura de qua in proximo capite agendum erit magnam Archilochi auctoritatem comprobari.

Inter Romanos Lucilius Catullus Horatius eum secuti sunt; qui quanti Archilochum aestimaverit inde intellegitur quod Alexandrinis poetis neglectis ad eius exemplum rediit. — auctor libelli π. ὕψους p 52 affert Homerum epicae poesis, Archilochum elegiacae, Pindarum lyricae, Sophoclem tragoediae summos poetas[7]) quibus deteriores Apollonium Eratosthenem Bacchylidem Ionem opponit; atque de Archilocho dicit τί δέ; Ἐρατοσθένης ἐν τῆι Ἠριγόνηι (διὰ πάντων γὰρ ἀμώμητον τὸ ποιημάτιον) Ἀρχιλόχου πολλὰ καὶ ἀνοικονόμητα παρασύροντος κἀκείνης τῆς ἐκβολῆς τοῦ δαιμονίου πνεύματος ἣν ὑπὸ νόμον τάξαι δύσκολον, ἆρα δὴ μείζων ποιητής; vides quam viro ingeniosissimo in Archilochi animum penetrare contigerit, quem nos pro reliquiarum exiguitate sequi non possimus. Archilochum ut ἐπῶν poetam praeter hunc et Theocriti locum antea propositum in schol. Bob. in Cic. pro Arch. p 358 Or. = [Aristot.] fr 676 R ed. 1886 invenimus id quod hoc loco subiciam.

Ex omnibus his testimoniis certo apparet Archilochum per totam antiquitatem summa auctoritate et honore fructum esse. praeterea autem unum testimoniorum genus extat quod antiquioribus temporibus omnino fere inauditum Alexandrinorum aetate ortum exeunte antiquitate longe praevaleret: malignitatis opprobrium. sane non deerant, qui eam poesis generis acerbitate defenderent[8]).

---

6) sicut apud metricos scriptores nobilissimus multorum metron stropharumque εὑρετής habetur. cf Deutickius l. l. p 28—55.

7) eosdem exhibet Cicero or. 4: '*nam in poetis non Homero soli locus est, ut de Graecis loquar, aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro, sed horum vel secundis vel infra secundos*'. de fin. II 115 Hom. Arch. Pind. affert.

8) e. g. schol. Lycophr. p 254 M: Ἰαμβογράφων δὲ ποιητῶν γνώρισμα λοιδορίαι δι' ἰάμβων κτλ. Aristid. 46 II 380 D (Ἀρχίλοχον) ὃς τὸ πάντων ἔξοχον καὶ δυσχερέστατον εἶδος τῆς ποιήσεως μετεχειρίζετο κτλ.

sagax quaedam explanatio apud Platonium π. διαφ. χαρ. p 6, 73 Kaib. legitur: Κρατῖνος ὁ τῆς παλαιᾶς κωμωιδίας ποιητής, ἅτε δὴ κατὰ τὰς Ἀρχιλόχου ζηλώσεις (?), αὐστηρὸς μὲν ταῖς λοιδορίαις ἐστίν· οὐ γὰρ ὥσπερ Ἀριστοφάνης ἐπιτρέχειν τὴν χάριν τοῖς σκώμμασιν ποιεῖ, τὸ φορτικὸν τῆς ἐπιτιμήσεως διὰ ταύτης ἀναιρῶν, ἀλλ' ἁπλῶς κατὰ τὴν παροιμίαν γυμνῆι τῆι κεφαλῆι τίθησι τὰς βλασφημίας κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων κτλ. quae quam bene dicta sint, cum ex Archilochi fragmentis intellegere difficile sit, Catulli iuvat recordari (e. g. c. 29) et Horati epodon quorundam. simili modo iambographum Archilochum depingit Lucian. Pseudol. 1 (v. fr 143) (Ἀρχίλοχον ποιητὴν ἰάμβων) ἄνδρα κομιδῆι ἐλεύθερον καὶ παρρησίαι συνόντα, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν κτλ. alii quid iambographi poetae prodessent explanabant, velut Dio or. 33 I 300 qui Homero laudatori opponit Archilochum: Ἀρχίλοχος δὲ ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ἧκε, τὸ ψέγειν, ὁρῶν οἶμαι τούτου μᾶλλον δεομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ πρῶτον αὐτὸν ψέγει κτλ. etiam Iulian. Misopog. 337 b τὴν εἰς τοὺς ἀδικοῦντας λοιδορίαν respicit quamquam non laudat. — quid iambici generis sit multos illorum recte exposuisse videmus. tamen erant, qui Archilochum vehementer vituperarent; sed acriter tenendum est, id quod Welckerus opusc. I 89 sq indicavit, opprobria apud vetustiores Graecos, quippe qui et de genere et de poeta recte iudicarent, non inveniri, vituperationem neque Pindari P II 55 ψογερὸς Ἀρχίλοχος neque Alcidamantis verbis ap. Aristot. rhet. II 23 Πάριοι Ἀρχίλοχον καίπερ βλάσφημον ὄντα τετιμήκασιν inesse; eadem res est in comoediae Cratineae Ἀρχίλοχοι titulo et in Gorgiae apophthegmate (Athen. XI 505 e), qui Platonem νέον Ἀρχίλοχον appellasse fertur. ne apud Latinos quidem auctores velut Lucil. fr 655 L *metuo ut fieri possit, ego quo ab Archilocho excido*, Cic. nat. deor. III 91 *neque enim quem Hipponactis iambus laeserat aut qui erat Archilochi versu vulneratus a deo inmissum dolorem, non conceptum a se ipso continebat*, cf ad Att. II 20, 6. 21, 4, ut de Horatio taceam, poetae acerbitas vituperatur. vituperationem primum apud Callimachum inveniri iudicem sane gravissimum antea vidimus. post eum Plutarchus hic illic

ad vituperationem inclinabat sicut Cat. min. 7: (Cato) τρέψας ἑαυτὸν εἰς ἰάμβους πολλὰ τὸν Σκιπίωνα καθύβρισε τῶι πικρῶι προσχρησάμενος τοῦ Ἀρχιλόχου, τὸ δὲ ἀκόλαστον ἀφεὶς καὶ παιδαριῶδες cf id. ap. Procl. in Hesiod. Op. 286. idem opprobrium legitur apud Dionem Chrys. 3 I 17 Sex. Emp. adv. math. p 668 B [9]) posteriores scriptores; ita Iulian. p 300 c vetat: ἱερωμένος τις μήτε Ἀρχίλοχον ἀναγιγνωσκέτω μήτε Ἱππώνακτα μήτε ἄλλον τινὰ τῶν τοιαῦτα γραφόντων. etiam proverbium Ἀρχίλοχον πατεῖς apud [Diogenian.] II 95 Suid. s. Ἀρχίλοχος Eustath. 1684 (Apostol. IV 2) servatum quod ἐπὶ τῶν λοιδορούντων dicebatur — τοιοῦτος γὰρ ὁ Ἀρχίλοχος — hoc loco afferendum est. e quibus testimoniis satis certo apparet, quam illis temporibus pervulgatum fuerit hoc iudicium. quamquam pauci erant qui de animi eius sinceritate monerent qua in se ipse inveheret, velut Critias ap. Aelian. v. h. X 13 κάκιστα ἑαυτὸν εἶπεν (cf Arch. fr 149), Dio Chr. I 300, 20 πρῶτον αὑτὸν ψέγει, Plut. de curios. 10. satis multa testimonia mihi videor attulisse: certo apparet, quam recentioris aetatis homines desierint ut alios poetas ita Archilochum et genus iambicum intellegere. quid mirum quod etiam a gravissimis ac sordidissimis opprobriis non abhorrebant. caute quidem Aelianus ap. Suid. s. Ἀρχίλοχος eum dicit ποιητὴν γενναῖον τἆλλα, εἴ τις αὐτοῦ τὸ αἰσχροπρεπὲς καὶ τὸ κακόρρημον ἀφέλοι: paullo aliter Plutarchus loco antea exscripto Cat. min. 7 dixerat. neque id mirum est quod illi longe superantur a cynicis patribusque christianis; vehementer in eum invectus est Oenomaus ap. Eus. pr. eu. V p 228 b λοιδορῆσαι μὲν πικρῶς τὰς οὐκ ἐθελούσας ἡμῖν γαμεῖσθαι, ἅψασθαι δὲ καὶ τῶν κιναίδων, ἐπειδὴ τῶν ἄλλων πονηρῶν πολὺ πονηρότεροί εἰσιν κτλ. cuius convicia Eusebius ib. 227 a de suo auxit; cf Clemens str. I p 316. quos omnes superat Origenis iracundia c. Cels. III 25 Ἀρχίλοχον ἄνδρα ἐν κακίστηι καὶ ἀσελγεστάτηι ὑποθέσει ἐπιδειξάμενον τὴν ἑαυτοῦ ποιητικὴν καὶ ἦθος ἀσελγὲς καὶ ἀκάθαρτον παραστήσαντα. haec hactenus.

9) cf Max. Tyr. diss. 24 p 477. — a talibus opprobriis Aristides or. 46 II 380 D Archilochum defendere studet οὐδ' Ἀρχίλοχος . . τοὺς ἀρίστους τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἔλεγε κακῶς, ἀλλὰ Λυκάμβην eqs.

Ita magni poetae cuius carmina vix legebantur nomen per vergentem antiquitatem ferebatur. et magnum poetam eum fuisse et gravem calumniatorem a prioribus posteri discebant. quo factum est, ut ad nostra tempora depravata Archilochi imago traderetur, donec Welckerus verum eius cognovit ingenium.

CAPVT TERTIVM.

COMMENTATIVNCVLA CRITICA.

Eum qui Archilochi carmina vere intellegere studet etiam id respicere oportet, quomodo per antiquitatem tradita sint. qua de re quamvis tenuis fluat memoria, ita ut magis singularum efficiatur imaginum series quam continua descriptio, tamen adumbratio qualiscumque conanda est.

Neminem dubitare puto, quin poeta ipse singula carmina litteris mandaverit; etiam id constat omnia fere poesis genera vetustis temporibus audientibus non legentibus destinata fuisse: plurima Archilochi poemata certis occasionibus adaptata esse invenimus, ut in foro in conviviis inter amicos civesque recitarentur. saepe poetae consilium fuit animos suorum suis versibus regendi; quomodo cives carmina descripta per urbem tulerint, in quibus quae animos plurimum movebant egregie expressa invenirent, quam celeriter singuli versus qui propter formam facillime animis tenebantur per omnium ora migraverint, quamquam nullum de ea re testimonium relictum est, coniectura quodammodo consequi licet. posteriore tempore Archilochus sicut eodem honore dignus putabatur Homero, eodem modo per ora hominum ferebatur: rhapsodi carmina eius receperunt recitanda[1]). quam consuetudinem etiam vetustioribus temporibus extitisse iure conicimus. nam primum certum testimonium ostendit eum usum sexto saeculo valuisse: Heraclitus Ephesius fr 119 Byw. (cf 111)

1) cf E. Meyer gesch. d. alt. II § 372. Crusius ap. Paul.-Wiss. II 505.

secundum Diogenem L. IX 1 censebat τόν θ' Ὅμηρον ἄξιον ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι καὶ Ἀρχίλοχον ὁμοίως. in certaminibus igitur musicis recitabantur. per compluria saecula eum usum durasse agnoscimus: in Ione dialogo Socrates Iona rhapsodum ita interrogat p 531 (cf 532): πότερον περὶ Ὁμήρου μόνον δεινὸς εἶ ἢ καὶ περὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀρχιλόχου; iure igitur Peripatetici eam rem dignam habebant, de qua in libellis suis verba facerent: nempe gravissimum erat scire hos magnos poetas per longum tempus festis diebus cum cuiusvis artis principibus sollemne inisse certamen. e quibus Athenaeus XIV 620c Clearchum testem affert: Κλέαρχος δ' ἐν τῷ προτέρῳ περὶ γρίφων 'τὰ Ἀρχιλόχου, φησίν, [ὁ del. Kaib.] Σιμωνίδης ὁ Ζακύνθιος ἐν τοῖς θεάτροις ἐπὶ δίφρου καθήμενος ἐραψῴδει'. in theatris autem et in odeis imprimis recitabantur, ad quae rhapsodis aditum fuisse satis constat. ea de causa Aristoteles, quo uno exemplo defungar, in Pol. 1336b 20 vetat iambos et comoedias a pueris spectari. num Archilochi exempla quibus illi utebantur crebro usu ~~similem in~~ modum atque Homerica verborum versuumque varias species effingebant? nos quidem de ea re nihil scimus: tamen non reticendum est compluribus locis duplices tradi scripturas quae fortasse inde originem ducunt. neque vero necesse est eas respici, ut illius memoriae intellegamus gravitatem quae per longum tempus nisi sola tamen nobilissima occasio erat poetae cognoscendi.

Athenis medio fere quinto saeculo Archilochum omnibus notum fuisse videmus. nam Cratinus cum in Archilochis ad poetae versum qui est (fr 79) Ἐρασμονίδη Χαρίλαε χρῆμά τοι γελοῖον ita alluderet p 15 K Ἐρασμονίδη Βάθιππε τῶν ἀωρολείων, eum lusum a plerisque intellegi non ignorabat. eodem modo, ut alia exempla praeteream, Aristoph. Ach. 119 Archilochi fr 91 τοιήνδε δ' ὦ πίθηκε τὴν πυγὴν ἔχων hoc versu in memoriam vocavit τοιόνδε δ' ὦ πίθηκε τὸν πώγων' ἔχων. quae res non mira est, siquidem Athenis a pueris carmina eius ediscebantur: ita videmus in Ar. Pace 1298 sqq Cleonymi filium elegiacos quosdam versus (fr 6₁—₈) memoriter pronuntiantem. nescio an

haec res quod ad memoriam carminum attinet gravissimi sit momenti, unde concluditur tum permulta poematum exempla Athenis fuisse sine dubio Athenis ipsis confecta. quare si respicis eum illis temporibus magno honore habitum esse quibus Athenis permulti libri confici et venire coepti sunt, etiam sine testimoniis verisimile est Archilochi multa exemplaria per totam fere Graeciam pervulgata fuisse. neque Platonis Aristotelisque aetate eam notitiam desiisse Plat. resp. II 356 c Ar. rhet. III 17 libero citandi modo verisimile redditur, de quibus locis antea p 15 vidimus. — inde ad Alexandrinos pervenimus. ab Alexandrino grammatico ut ceterorum poetarum lyricorum iambographorumque ita Archilochi editio facta est. quae utrum Aristophani an Aristarcho debeatur[2]), nam utrumque scimus poetae operam dedisse, an ali non facile decernitur, cum de iambographorum editionibus omnino nihil traditum sit. itaque videamus, editionis illius sive Aristophaneae sive Aristarcheae quaenam assequamur vestigia. quaestionem difficillimam ut expediamus, necesse est testes excutiamus quomodo Archilochi verba afferant. quamquam non sufficit testimonia colligere, id quod iamdudum a Bergkio in editione et Crusio l. l. p 496 fere factum est; discrimen faciendum est inter vetustos et novellos auctores. vetustiorum primum respiciamus Aristotelem qui fr 25 haec verba praemittit: Ἀρχίλοχος ἐν ἰάμβωι οὗ ἡ ἀρχή κτλ.; idem etiam fr 74 versum tetrametrum e carmine citat quod ἴαμβον dicit. itaque perspicuum est trimetros iamb. et tetrametros troch. iamborum generis nomine coniungi[3]). qua de causa Herodot. I 12 ne de metro dubita-

2) verisimile est Aristophanem editorem fuisse, quem aliorum poetarum lyricorum carmina secundum cola disposuisse constat, de quibus in Archilochi epodis Iobacchis certe quaerendum erat. Aristarcho cum ὑπομνήματα illa scriberet editio praesto erat.

3) etiam epodos ἰάμβων generi tribuere solebant; nam Horatius qui epodon librum iambos appellat (epist. I 19, 23 [II 2, 59] ep. 14, 7 c. I 16, 3. 24) non nova afferre, sed veterum, fortasse Archilochi usum sequi videtur. similiter Anacr. 85 (epod.) in Et. Gen. ἴαμβος appellatur nec alio modo Catullus hendecasyllabos suos interdum iambos dicit 40_2. fr 3. 54_6. 36_5.

tio oriatur fr 25 ἐν ἰάμβωι τριμέτρωι legi affirmat. omnes igitur utuntur ἰάμβων generali nomine quod idem apud Arch. 22 legitur.

Ab hoc usu recentioris aetatis auctores recedunt quos docta editione usos esse vel certum vel verisimile est. ubi non generis sed metricae rationem adhiberi videmus. nam fr 34 Harpocratio, 48 Herodianus (cuius nomen ap. Eust. extat) ἐν τοῖς τριμέτροις inveniri testantur, fr 79—82 asynartetos versus Hephaestio et Athenaei auctor 'e τετραμέτροις repeti dicunt. secundum eandem rationem alius liber οἱ ἐπωιδοί (sc. στίχοι) nominabatur; ex hoc libro fr (94) 98 104 Hephaest., 91 schol. Ar. Ach., 117 Stephani B. auctor titulo addito afferunt. atque quod apud Zenobium fr 118 ἐν ἐπωιδῆι extare legimus nisi ex ἐπωιδοῖς corruptum est Zenobi mendum videtur. alia poematum pars erant ἐλεγεῖα qui titulus legitur apud Athenaeum (4) et Orionem (8).

Itaque et discrepantia satis magna et origo eius perspicua videtur; nonne causa gravissima opus erat, qua viri docti ut ab usitato significandi modo recederent commoverentur? nescio an praeter editionem de alia causa omnino cogitari non possit. quare necesse est ἐλεγεῖα τρίμετρα τετράμετρα ἐπωιδούς editioni illi vindicare. praeterea etiam alia carmina in ea fuerunt, quorum nos praeter hymnum in Herculis honorem cantatum Iobacchos novimus. atque ex Iobacchis quidem Hephaestio fr 120 sic affert: ἀσυνάρτητον . . . οἷον τὸ ἐν τοῖς ἀναφερομένοις εἰς Ἀρχίλοχον Ἰοβάκχοις. qui cum ab Archilocho alieni viderentur editori, ita collocati erant (fortasse in editionis fine), ut de editoris sententia dubitari non posset.

Neque vero his quae attuli testimonia exhausta sunt. nam idem qui in editione ordo observari videtur in ὑπομνήμασιν quibusdam Archilocheis quorum fragmenta perpauca servata sunt. auctorem eorum comperimus e Clement. str. I 388 (cf Crus. p 487): Ἀρίσταρχος δὲ ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις ὑπομνήμασί φησιν κτλ. ille commentarius affertur a schol. Pind. O. VI 154 ubi de σκυτάλης voce fr 89, ita legitur: σκυτάλην γὰρ ἐκ τοῦ συμβεβηκότος λέγουσιν, ὡς καὶ ἐν

τοῖς 'Αρχιλόχου ὑπομνήμασιν εἴρηται[4]· ἀχνυμένη σκυτάλη. diserte pars illius commentarii nominatur in Et. Gen. (Flor. B 179 = Gud. 305 = Cram. an. P IV 55), ubi vocis καταπροΐξασθαι explicationi adduntur verba οὕτως εὗρον ἐν ὑπομνήματι ἐπωιδῶν 'Αρχιλόχου cf Crus. p 496₄₀. in alia commentarii parte de τυραννίδος vocis fr 25₃ origine explanatio fuit[5]) id quod EtM.Gud. testantur; hoc ὑπόμνημα sine dubio τριμέτρων erat. consentaneum igitur est commentarium totius collectionis secundum carminum genera divisum fuisse. quamquam partium eius numerus incertus est; neque enim de elegiacorum[6]) neque de carminum incertorum[7]) commentariis constat testimoniis non servatis. complures autem ab Aristarcho scriptos esse cum eo consentit quod aliunde de eius commentariis scimus. scilicet plus octingentos libellos ὑπομνημάτων μόνων confecit. haec igitur tria vel quinque Archilochea eodem modo instituta esse videntur quo quadraginta octo illa Homerica de quibus cf Cohn. ap. Paul.-W. II 863. ab altera parte praeter eos quos ipse ediderat etiam alios scriptores ab eo commentariis instructos esse magno eorum numero comprobatur, ita ut de editione Archilochi nullum inde peti liceat argumentum.

Cuius editionis vestigia cum agnovisse nobis videamur, etiam alios poetas[8]) cursim perquiramus necesse est, unde

---

4) ὡς — εἴρηται Vrat. A: ὡς καὶ 'Αρχίλοχος cet.

5) τυράννου vocem Archilochi aetate in usum venisse Hermippus sophista (argum. Soph. OR) viderat, fortasse hoc Archilochi versu usus.

6) cf e. g. Wilamowitz. Goett. gel. Anz. 1897, 320.

7) quamquam de hymni illius (fr 119) structura sententia Aristarchi in schol. Pind. O IX affertur Eratostheni opposita de qua postea agemus.

8) de librorum dispositione et titulis qui egit Heinemannus studia Solonea Berol. 1897 p 29 sqq quaestionis fundamentum perturbavit testimoniis et vetustis et recentissimis sine discrimine congestis quae quidem omnia poetas ipsos spectare putet. qui quae de Solonis libris protulit postea nobis recensenda erunt. optime sane Dielsium secutus p 34 monet fortasse etiam elegiacos poetas a deis initium fecisse: at in Alexandrinis editionibus (perperam enim ille p 45 sq Soloneam neces-

omnium Alexandrinarum editionum ratio certius apparebit.

In Semonidis carminibus, ut ab iambographis incipiamus, haec res est. fr 14 Galenus secundum liberiorem morem ita laudat τὸ παρὰ Σημωνίδῃ γεγραμμένον ἐν τοῖσδε τοῖς ἔπεσιν. inde quod Pollux (fr 19) dicit Σημωνίδης ὁ ἰαμβοποιός de eo quod nostra nunc interest certiores non fimus, neque ex Athenaei verbis quibus fr 22 sq inducit ἐν ἰάμβωι οὗ ἡ ἀρχή eqs. cetera autem testimonia inter se simillima non licet discutere: quorum Suidae gravissimum esset, nisi corruptum esset: ille enim s. Σιμωνίδης dicit ἔγραψεν ἐλεγεῖα [-είαν: Const. Palaeocappa] ἐν βιβλίοις β, ἰάμβους, quem locum Bergkius p 441 ed. non sine probabilitate ita correxit ἔγραψεν ἐλεγεῖα, ἰάμβους ἐν βιβλίοις β [9]): nam etiam apud alios duo iamborum libri commemorantur. eos Suidae catalogos ad editiones antiquas redire satis multis exemplis constat. eandem igitur editionem spectat Athenaeus qui fr 11 ἐν β' ἰάμβων legi exhibet et Antiattic. ap. Bekk. an. I qui fr 35 ita profert: Σημ. δευτέρωι [10]). ceteris locis non eandem invenimus accurationem: ἐν ἰάμβοις iterum iterumque legitur velut ap. Athenaeum (fr 8 sq) Harpocrat. (37) schol. Eur. (10) Etymolog. (18) Clement. Al. (16). quid igitur? praeter elegias ἰάμβων duo libri in editione Alexandrina extiterunt.

In Hipponacte vetustiorem citandi usum deprehendimus apud Aristophanem Ran. 661 quo loco Dionysius dicit ἴαμβον Ἱππώνακτος ἀνεμιμνησκόμην qui tamen Ananii esse videtur. neque metrica Heliodori (21 A) significatio Ἱππ. πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις editionem Alexandrinam spectat. apud reliquos autem item invenimus ἰάμ-

---

sariam fuisse negavit) quas nota illa Hephaestionis aliorumque testimonia respiciunt, id quod etiam Dielsio persuasum esse puto; de poetis ipsis plane incerta res est.

9) contra cur Simonidi τῶι ἐποποιῶι Alexandrino illa τριμέτρων βίβλια β cum Bergkio abiudicentur non video causam.

10) prioris libri numerum latere palam est in Porphyri verbis ab Eusebio servatis (6) ἐν τῶι ἑνδεκάτωι eo modo corruptis ut τῶι α' (i. e. πρώτωι) falso sic τῶ ια' scriberetur (corr. Welckerus).

βους: schol. Nic. (fr 15) Erotianus (fr 23 p 115 Kl) ἐν α' ἰάμβου [ubi B ἰάμβωι] Pollux (26) ἐν τῶι δευτέρωι τῶν ἰάμβων Antiatt. Bekk. (27) Ἱππῶναξ δευτέρωι. minus accurate Athenaeus dicit (fr 37 et 68 B) ἐν τοῖς ἰάμβοις[11]). itaque in Hipponactis idem evenit atque in Semonidis editione: non τρίμετρα τετράμετρα distinguebantur, sed ἰάμβων generis nomen legebatur.

Post hos iambographos in canonem receptos videamus de Solone. apud quem eadem res esse videtur. nam fr 38 Athenaeus, 39 Pollux τοῖς ἰάμβοις tribuunt. cui non obstat quod Aristides fr 36 (trim.) ἐν τοῖς ἰάμβοις se invenisse iactat, 35 ἐν τετραμέτροις extare dicit, neque quod II 361 his verbis utitur τῶν τριμέτρων εἵνεκα καὶ ἐλεγείων: nam illum non ex Solone sed ex Aristotele sua hausisse constat[12]). tamen duobus Athenaeo et Polluce testibus res non certa redderetur, nisi etiam Semonidis Hipponactisque exempla haberemus: iam non extat quod illis fides negetur.

Etiam ceteros respiciamus: Ananii fr 2 Heraclid. Pont. ita affert Ἀνάνιος ἢ Ἱππῶναξ ἐν τοῖς ἰάμβοις, recentiores desunt testes. in Hermippo Athenaeo qui verbis utitur ἐν ἰάμβοις 2. 4. 7, adversatur schol. Aristoph., nam is fr 1 legit ἐν τῶι πρώτωι ἰάμβωι τῶν τριμέτρων, 3 ἐν τοῖς τριμέτροις, 5. 6 ἐν τετραμέτροις qua de re postea dicemus.

Cercidae fr 1 Athenaeus ἐν τοῖς ἰάμβοις inveniri dicit, Diog. L. (2) et Stobaei cod. B (4) praebent verba ἐν τοῖς μελιάμβοις quod nomen cum certius sit, tamen ea de causa non necessario editioni doctae vindicandum. idem in fr 3 Meinekius Stobaeo reddidit.

Aeschrionis fr 6 (tetr.) Athenaeus testatur ἔν τινι τῶν ἰάμβων legi; similiter loquitur Harpocratio (7) Αἰσχρίων

---

11) ab hoc usu discrepant Byzantinae aetatis homines: Tzetz. fr 1 affert ex τῶι κατὰ Βουπάλου πρώτωι ἰάμβωι, fr 2 ἐν τῶι κατὰ Β. ἰάμβωι, 3. 5. 9 ἐν πρώτωι ἰάμβωι, Choerobosc. sch. Heph. (Stud. I 45) fr 22 A ἐν πρώτωι ἰάμβωι se legisse adfirmat, neque aliter Priscianus (21 A B) *in primo — in eodem.* — tamen Tzetzam Krumbacherus Byz. Litt.[2] 236 negat iambographos legisse.

12) Mayor in Kenyonis Ar. πολ. Ἀθ.[3] c. 11, 16. Wilam. Ar. u. Ath. I 298.

[Αἰσχίνης codd.] ἐν τοῖς ἰάμβοις, item Tzetza (cf fr 9) καὶ ἔπη καὶ ἰάμβους δὲ σὺν ἄλλοις πόσοις γράψας.

Omnibus igitur praeter Hermippum ἴαμβοι tribuendi esse videntur, nisi quod apud Cercidam res incerta est; Cercidae si μελιάμβων nomen vindicandum sit, non inutile erit μιμιάμβων μυθιάμβων titulos in mentem revocare.

Quorum priusquam summam faciamus, etiam elegiaca carmina perlustranda sunt. in hac quaestione paullo diversa res est; siquidem etiam apud vetustiores praeter ἐλεγείας nomen interdum ἐλεγεῖα invenimus. ab altera parte elegiacum carmen interdum etiam a recentioribus ἐλεγεία apellabatur.

Solonis elegiam Aristoteles πολ. Ἀθ. V affert τὴν ἐλεγείαν ἧς ἐστὶν ἀρχή 'γινώσκω καί μοι', item Plutarchus Sol. fr 1, Diogenes Xenophanis 6[13]); Strabo Tyrt. 2 praemittit ἐν τῆι ἐλεγείαι ἣν ἐπιγράφουσιν Εὐνομίαν. saepius legitur ἐν ἐλεγείαις vel simile quid: sicut in Clementis poetarum furtorum enumeratione (Sol. 17. 27), apud Plutarchum et Achillem vitae Arat. auctorem p 77M (Sol. 19)[14]). haec res multo difficilior redditur eo quod et utrique etiam ἐλεγείων nomine utebantur et inter ἐλεγείων et ἐλεγειῶν formas nihil fere est discriminis. ἐλεγείων nomine Plato ut videtur primus usus Theogn. 33 sq affert, postea apud Aristotelem[15])

13) etiam ea quae Clementis auctor VI 742 profert ὁ Σόλων τῆς ἐλεγείας ἄρχεται quin eodem modo intellegenda sint mihi quidem dubium non est; optimus enim in ea elegia afferenda, quae cum satis nota sit primo versu addito certo significetur, articulo locus est: an in illis verbis τὴν ἐλεγείαν ἧς ἐστὶν ἀρχή alia res est? itaque non curanda est mira Heinemanni ratiocinatio l. l. p 37 sqq qua Solonis elegiam 13 in totius libri initio fuisse comprobare studet; nam hoc loco usus contendit Clementis auctorem, cum in Solonis quo utebatur exemplo titulum ΕΛΕΓΕΙΑ suprascriptum videret, aut omnia Solonis carmina elegiaca, unam habuisse elegiam aut totius libelli titulum primi carminis habuisse. neque de Solonis fr 30 et Diogeniano recte iudicasse videtur.

14) etiam Aeschyli fr 1. 2, Soph. 1. 2. 3 a Plutarcho Theophrasto Hephaest. Harpocr. Erot. ἐν ἐλεγείαις afferuntur: contra in Aeschyli vita (fr 1) ἐλεγείων et ἐλεγεῖον legitur, Ionis fr 1. 2 ab Athenaeo, 5 in Etym. ἐλεγείοις tribuuntur.

15) de ἐλεγείας vocis usu cf Kaibelius Stil u. Text d. πολ. Ἀθ. d. Ar. p 40,

rhet. I 15, 1375b 32 Demosthenem (Sol. 4) Lycurgum (Tyrt. 10, cf or. in Leocr. p 106) Pausaniam (Tyrt. 5 Mimn. 13) legitur. quare de recentiorum usu nihil liceret statui, nisi inter eos optimae auctoritatis testes essent. quorum ἐλεγεῖαι titulum praebet nemo nisi Athenaeus (Theogn. 215) et schol. Plat. (Sol. 29): ceteris locis metrica notandi ratione utuntur. ante omnia traditur in Theognidis codice egregio Mutinensi qui hos praebet titulos Θεόγνιδος ἐλεγείων α, postea (ante v. 1231) ἐλεγείων β: contra cod. O eiusque apographon K habet στίχων ἡρωελεγείων inscriptionem[16]. eodem ἐλεγείων nomine Athenaeus v. 467 affert quocum consentiunt Diogenes (Sol. 2) schol. Plat. (Sol. 18) Philo Al. (Sol. 27) Athen. (Call. 3 Xenoph. 2. 5 Arch. 4) Et. Gen. (Arch. 8) alii. quamquam igitur utraque forma legitur, tamen nescio an sicut Archilocho omnibus ἐλεγείων titulum iure vindicemus.

Hoc loco nobis subsistendum est. vetustiores aetatis auctores, quos ante quintum saeculum libris titulis instructis caruisse constat, eum usum secutos esse satis certo apparuit, ut plerumque carminum genera omnibus notissima indicarent (ἐν ἰάμβωι cuius nomine trimetra tetrametra epodos comprehendebant, ἐν ἐλεγείαι vel ἐλεγείοις). eundem usum hic illic a recentioribus receptum esse vidimus. apud plurimos autem recentioris aetatis viros doctos novam inscribendi carmina consuetudinem assecuti sumus, cuius gravissima causa novarum editionum dispositio visa est in quibus non solum secundum genera carmina distinguerent, (ita Soloni ἐλεγεῖα ἰάμβους Callino Tyrtaeo Xenophani ἐλεγείων duos libros[17]) Semonidi ἐλεγεῖα et duos ἰάμβων libros vindicamus), sed etiam (ut in Archilocho) iambos in τρίμετρα τετράμετρα ἐπωιδούς distribuerent metrica ratione usi. Archilochi iamborum tres libros extitisse verisimile

---

16) cum ἡρωελεγείων titulo Antiatt. Cram. an. P. I Sol. 27 affert, qui etiam Tyrtaei 11 sq in quibusdam Stobaei codicibus praemissus est.

17) nam sine causa Bergkius ed. p 33 Porphyri schol. ad Horat. ep. II 2, 101 *Mimnermus duos libros luculentissime scripsit* damnasse videtur.

est, qua in re ne ad testium incertitudinem refugiatur cavendum est. neque enim testimonia incerta sunt, cum et in Archilocho ab homine optima doctrina uso vel asynartetos inter tetrametros collocatos fuisse certo dictum sit qui altero teste adiuvatur, neque de ἰάμβων titulo dubitari potest qui ceterorum consensu defenditur. itaque hoc discrimen quod similiter apud lyricos poetas observari constat non deleri, sed de eius causis quaeri oportet. quae cum satis multae cogitari possint, tamen unam proferam propter simplicitatem admodum probabilem. Solonis omnes tetrametri servati ex uno carmine sumpti sunt, de quo permultum valet Wilamowitzii coniectura (Ar. u. Ath. II 309) qui unum tantum eiusmodi carmen extitisse putat; si plura fuerint, tamen et pauca neque tanta, ut totum librum explerent. editor igitur carmen in trimetrorum librum recepisse videtur summo iure ἰάμβων usus titulo. de Hipponactis quidem octo versibus servatis (fr 78—84) non licet iudicare. neque certo constat de Semonidis ἰάμβων duobus libris, cum nesciamus utrum tetrametra eius servata fuerint necne. contra Archilochi non solum varia metra permagni erat certo disiungere, sed etiam sine dubio satis multi tetrametri erant, quibus totus liber expleretur; ante omnia autem aderant epodi quos propter eximiam gravitatem atque metrorum varietatem a ceteris iambis fere necesse erat segregari; neque de eorum multitudine magis quam de metrica varietate dubitari potest.

Ita certam viri docti manum agnovimus. attamen multo ante eum Aristarchique commentarios viri docti Archilocho operam dare coeperunt. inter Aristotelis libros Hesychius enarrat (144) ἀπορήματα Ἀρχιλόχου Εὐριπίδου Χοιρίλου ἐν βιβλίοις γ̄ quae apud Hermippum (119) redeunt (ἀπορημάτων) ποιητικ⟨ῶν⟩ ᾱ; de eo opusculo conferas velim quae Wilamowitzius Eur. Her. I[1] 133 exposuit. Aristotelis discipulus Heraclides Ponticus περὶ Ὁμήρου καὶ Ἀρχιλόχου scripsit librum a Diogene L. V 88 (cf Crusius l. l. p 487) inter grammaticos collocatum in quo de Homeri et Archilochi aetate egit. utinam de eis libellis plura sciremus. neque de Alexandrinorum grammaticorum opera certius

iudicari potest. Eratosthenem de illo τήνελλα καλλίνικε fr 119 et Herculis hymno egisse e schol. Pind. O. IX 1 comperimus. Apollonius Rhodius ἐν τῶι περὶ 'Αρχιλόχου libro ab Athen. X 451 d laudato de σκυτάλης voce disseruit: de hoc argumento similiter eum quaesivisse credideris atque Aristophanem Aristarchumque. de Aristophanis quidem commentatiuncula Athen. III 85 e haec dicit: μνημονεύων δ'αὐτῆς (sc. τῆς τελλίνης) 'Αριστοφάνης ὁ γραμματικὸς ἐν τῶι περὶ τῆς ἀχνυμένης σκυτάλης συγγράμματι ὁμοίας φησὶν εἶναι τὰς λεπάδας ταῖς καλουμέναις τελλίναις, cf Nauck. Ar. fr. p 274 sq. sane Crusius l. l. p 487 dubitat an integrum libellum Aristophanes composuerit; sed mea quidem sententia certum Athenaei testimonium sine gravissima causa non licet neglegi; immo copiosiorem commentationem fuisse ex argumento illo apparere videtur. de eadem voce etiam Aristarchum in commentario ἐπωιδῶν disseruisse antea diximus. illorum virorum sine dubio sunt, quae de ἀχνυμένης σκυτάλης voce in scholiis et lexicis leguntur. ubi multa alia latere certum est ex illis commentariis et libellis servata; imprimis in Hesychio multa inveniri videntur, id quod hoc loco monuisse satis est.

Praeter virorum doctorum editionem quaestiunculas alia memoria paucis attingenda est cuius auctoritas vergente antiquitate, cum homines illarum editionum ubertatem spernere inciperent, satis gravis reddebatur. in anthologiis carmina selecta per longum tempus tradebantur, quamvis parvam reliquerint memoriam. tamen etiam nos praeter Orionem habemus exemplum Stobaeum, cuius fontem ipso multo vetustiorem esse Dielsii Elteri aliorum explanationibus cognovimus. ita etiam Archilochi pauca carmina circumferebantur, cuius rei vestigia (praeter Stobaeum) hic illic cognoscere etiam nobis licet: anthologia utebantur et alii [18]) et auctor Olympiodori scholiastaeque Aristot. de quo ad fr 6 agemus. morientis ignis parvam scintillam post magnas tenebras deprehendimus: nam Constantinus Rhod., Leo philosophus ut sermonis lumine ver-

18) cf infra n. 25.

bis Archilocheis utuntur τέττιγος ἐδράξω πτεροῦ a Dielsio Herm. 23, 279 indicato; quos etiamsi non ipsos ullum Archilochi carmen legisse putes, tamen fortasse eorum auctor legit. itaque verisimile est in florilegio quodam id carmen vel eius partem extitisse: illius poesis reliquiis utebantur, cuius luminibus sua carmina probrosa exornarent. quare non inutile sit Hipponactis monere carmina quaedam usque ad Tzetzae saeculum servata esse [19].

Restat ut breviter exponamus, quomodo et quibus de causis ea quae nobis servata sunt fragmenta ad nos pervenerint. auctores quibus ea debemus pauci vetustioris aetatis sunt; longe plurima apud Alexandrinos grammaticos et Caesarum temporum scriptores leguntur, quibus et ea fere omnia tribuenda sunt quae apud Byzantinos auctores inveniuntur.

Classicae quae dicitur aetatis scriptores, quamquam interdum locos Archilocheos respiciunt, ipsi certe non multos versus servaverunt, nisi quod eorum imitationes veteres grammaticos cum non fugerent ad adscribendos versus incitaverunt; ab altera parte Cephisodorus Isocratis discipulus Archilochi locum fr 124 vituperavit [20]. integros Archilochi versus ante Aristotelem non tradunt excepto 70_3 qui versus in [Plat.] Eryxia 397e legitur; Aristoteles praeter incertum anonymumque fr 14 duorum carminum 25. 74 initia affert. recentioris aetatis testium ne multitudine turbemur, videamus quibus causis ad exscribendos versus et voces commoti sint. in quibus grammaticorum studium longe primum locum obtinet: nam propter formam vocum quarundam ab usitata alienam nonnulla [21]) ab iis exscripta sunt; multo plura sunt quae ad elocutionem pertineant: praeter glossas illas fr 154—199 habemus L fere fragmenta ad quae XII Athenaei accedunt pro rerum vel nominum memorabilium testimoniis eis usi. aliis studiis pauca deben-

19) cf p 27[11].

20) aliud vituperationis exemplum Dio Chr. or. 60 II 134 servavit, cf fr 147.

21) fr 5. 48. 95. 109. 131. 137 sq.

tur: gentium nomina afferendi causa fuerunt 6 49, regiones vel loca 20 117 146; pro fabularum documentis excripta sunt 53 147 150. multa[22]) apud metricos scriptores leguntur, apud rhetoricos 69 $70_{1.2}$ 86_1 (89) 94; propter sententiam egregiam vel imaginis pulcritudinem tradiderunt 22 29b 54 108 101 Cr. 112a Cr. 68, similibus de causis 27 58 87 96 144. optime Plutarchus de Archilocho meritus est: qui fr 3 12 (13) 21a 59 71 75 93 114 132 148 solus, 1 6 25 31 53sq 57 61 70a cum aliis testibus servavit nonnullis versiculis admodum egregiis usus ad sua scripta adornanda. in florilegiis quae ad nostra tempora pervenerunt fr 9 16 56 63 66 74 84 103 leguntur, olim legebantur multo plura. e vetustis florilegiis[23]) Theophilus fr 65, Origenes fr 96 hausisse videtur. alii testes affinitate quadam cum florilegiis coniuncti esse videntur: nam cum florilegiis alii scriptores tradiderunt 64[24]) $70_{1.2}$ 88. Byzantinae aetatis testimonia fere omnia e veterum grammaticorum libris repetita esse inter omnes constat, quamquam non desunt, de quorum origine quaeri oporteat. Etymologica Photius (cf Arch. fr 35) Tzetza (22) Eustathius (46) quidem quod fragmenta tradunt apud alios non servata certe non inde factum est quod ipsi Archilochum legerunt, sed quod aliorum thesauris usi sunt.

De paucis quae restant iudicari non potest nisi coniuncta quaestione, ad quam usque aetatem Archilochi carmina ipsa duraverint. Horatius quin Alexandrina editione Archilochi usus sit, dubitari non potest: siquidem dum in poematibus epodos more poetico *iambos* dicit (cf p 23[3]), contra in editione epodon titulum adhibuit[25]) quem in illa invenit. Plutarchus sine dubio, si non eandem editionem,

---

22) fr 60 79–82 85 94 98–100 104 115 sq 120.

23) de fr 143 v. supra p 31 sq.

24) quamquam non certum tamen verisimile est auctorem a Clemente exscriptum suam doctrinam e florilegiis hausisse, quae fragmenta hoc loco subiungam: 64 (flor., Clem., schol. Hom.), 55 62 73 (Clem.), 36 (Clem., Sex. Emp., schol. Hom.) 70 (flor., Sex. E., Theo prog.).

25) id enim docemur et libri IV carminum librique epodon subscriptionibus et Diomedis 527 Victorini v. 2618 aliorum testimoniis.

integrum Archilochum habuit: in florilegiis illam quam exhibet versuum multitudinem vix invenerit. etiam auctor libelli π. ὕψους Archilochum nisi fallor totum legit: qui p 22_{19} magnam illam elegiam (fr 9 sqq) ut naufragii plane egregiam descriptionem affert; p 26_{9} dicit non solum Herodotum Ὁμηρικώτατον esse, sed etiam magis Stesichorum Archilochumque, imprimis Platonem; p 52_{2} denique Archilochum, de cuius certis quibusdam parvis vitiis loquitur, cum Homero Pindaro Sophocle in summorum poetarum numero habet. sophistae Romani imperii aetate vigentes Archilochum non legisse videntur praeter Lucianum, de quo iudicium non certo constat: quamquam non solum ad quoddam de Neobule carmen solus alludit Am. 3 (cf Bergk. ad fr 29), sed etiam ex Archilocho voces quasdam rarissimas mutuatus esse videtur; etiam ea quae de Archilochi iambographi ingenio dicit (Pseudol. 1, cf fr 143), illius cognitioni interiori deberi videntur. ceteri autem quae praebent omnia etiam nos apud alios invenimus: Dio Chr. affert fr 58 (cuius cum alii testes sunt tum Galenus: idem respicit Herod. Att. ap. Philostr. v. soph. p 238 K.) 89_{5} (II 197A κερδαλῇ ἀλώπηξ legitur ut apud Aelian. h. a. 6, 64 quam praeter alios Plato resp. 365c citavit), ad 96 alludit (apud Origenem c. Cels. II 74 traditum), 147 (cf schol. Apoll. R. I 1212, Ven. B Φ 237, Plut.). Aristides II 380 viros enumerat Archilochi iambis laesos (cf Bergk. ad 104), ad fr 144 una cum proverbio quodam alludit. Philostratus in Ap. Ty. II 7 relictam parmulam fr 6 respicit, v. Apoll. 7 ad fr 9_{5} alludit nobis in florilegio Stobaei servatum, Im. 1 II 298 K. ad fabulam fr 86 spectat loco e grammatico quodam exscripto; de fr 58 una cum Dionis Chr. eius testimonium attulimus. Aelianus denique fr 149 e Critia exscripsit, v. h. I 27 Charilaum (fr 79 sqq) inter quindecim fere homines ἀδηφάγους enumerat; de fr 89 cum Dionis testimonio egimus, h. a. XII 9 (Arch. 141) versum respicit nobis in schol. Arat. 1009 (fr 109a Crus.) servatum; quae v. h. IV 14 narrat (fr 142) similiter apud Nicetam leguntur. quae omnia ex alio fonte, non ex Archilocho ipso hausta esse palam est.

Tamen fortasse carmina Archilochi supererant, etiamsi

ab illis non legerentur. nam ad Iuliani imperatoris tempora durasse videntur. qui in epistula quadam p 300c haec dicit: ἐξελατέα τοίνυν ἐστὶν ἡμῖν πάντα τὰ ἐπαχθῆ σκώμματα, πᾶσα δὲ ἀσελγὴς ὁμιλία. καὶ ὅπως εἰδέναι ἔχῃς ὃ βούλομαι φράζειν, ἱερωμένος τις μήτε Ἀρχίλοχον ἀναγινωσκέτω μήτε Ἱππώνακτα μήτε ἄλλον τινὰ τῶν τὰ τοιαῦτα γραφόντων. unde conicias Archilochi carmina illo tempore extitisse. sed quam cautissime de eo loco iudicandum est. quid quod Synesius de insomn. p 156, postquam de humili Alcaei Archilochique materia (sicut Iulianus p 337a) verba fecit, ita pergit: καὶ τοίνυν ἡ διαδοχὴ τοῦ χρόνου τηρεῖ τὴν μνήμην ὧν τε ἤλγησαν ὧν τε ἥσθησαν. utut haec se habent, certo integra carmina eo tempore quo scholiasta Aristid. scripsit non iam fuerunt; nam ad haec Aristidis verba II 137 καὶ ὁ μέν γε κατ' ἰσχὺν προφέρων, εἰ καὶ ἑνὸς εἴη κρείττων, ὑπὸ δυοῖν γ' ἂν αὐτὸν κατείργεσθαί φησι καὶ Ἀρχίλοχος (fr 144) καὶ ἡ παροιμία scholiasta (Sopater?) III 429 D haec adnotat: ἡ μὲν παροιμία φησίν· οὐδὲ Ἡρακλῆς πρὸς δύο (cf Plat. Phaed. 89c c. schol., Zenob. V 49)· τὸ δὲ Ἀρχιλόχου ῥητὸν οἷον μέν ἐστιν οὐκ ἴσμεν, ἴσως δ' ἂν εἴη τοιοῦτον. versus scilicet ei non in promptu erat. atque verisimile est illis fere temporibus etiam editiones poetarum interiisse [26]). quibus absolutis haec adeamus testimonia: Synesius Laud. Calv. p 75 B posteriorem fr 29 partem attulit; Malalas fr 150 solus tradit [27]): Malalas certe videtur alium exscripsisse; de Synesio idem verisimile est, qui si Archilochum legisset vix dixisset eius opera et memoriam temporum fuga deteri.

Singulorum locorum quosdam tractaturi primum iis operam demus qui duplici utuntur scriptura, quorum cum de origine nihil constet, de auctoritate quaerendum est.

6. Plutarchus Lac. inst. 34 hos affert Archilochi versus

---

26) quocum cohaeret quod Byzantinorum temporibus versus orti sunt spurii Et. Fl. p 210 M, ad quos alludit Cedrenus II 612, 9, cf Nauck. misc. V 178; de quibus recte iudicavit Hillerus in Bursiani annal. 1884/85 p 66. — falso Johannes Siceliota fr 15 Archilocho tribuit.

27) fr 2 quod Synes. ep. 130 p 717 H. affert apud Athenaeum invenire poterat. — Themistius or. 15 p 185 Plutarchum v. Phoc. 7 secutus est.

ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ [περὶ Plut.] θάμνωι
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
ἀσπὶς ἐκείνη
ἐρρέτω· ἐξαῦτις κτήσομαι οὐ κακίω.

versus 3. verba quae Plutarchus omittit supplentur e Sexto Emp. hyp. 3 p 172 B: ἀσπίδι — ἐθέλων·

αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος.

contra apud Aristoph. Pac. 1298 sqq haec leguntur

Π. ΚΛ. ἀσπίδι μὲν Σαίων τις ἀγάλλεται, ἣν παρὰ θάμνωι
ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον οὐκ ἐθέλων.
ΤΡΥΓ. εἰπέ μοι ὦ πόσθων, ἐς τὸν σαυτοῦ πατέρ' ᾄδεις;
Π. ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα. ΤΡ. κατῄσχυνας δὲ τοκῆας.

consentaneum igitur est duplicem extare scripturam, alteram Aristophanis ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα, alteram Sexti αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος. de quibus priusquam faciamus iudicium, etiam alii testes audiendi sunt: nam in Proleg. Arist. Categ. (IV 8, 6 Ber., Cram. an. P. IV 412) haec verba leguntur οὕτω τρωθείς τις ἐν πολέμωι ὑπὸ φίλου ἔφη·

αὐτόν μ' ἐξεσάωσα· τί μοι μέλει ἀσπὶς ἐκείνη;
ἐρρέτω.

αὐτὸν μὲν τὴν ἰδίαν ψυχὴν εἰπών, ἀσπίδα δὲ τὸ ἴδιον σῶμα καλέσας. similiter Olympiodorus in Plat. Gorg. (Jahn. Archiv XIV 284) dicit: φροντίσωμεν οὖν τοῦ σωθῆναι τὴν ψυχήν, εἰδότες ὡς τὰ χρήματα καὶ τὸ σῶμα οὐδὲν συμβάλλονται· ποιήσωμεν οὖν ὃ εἶπεν ἐκεῖνος·

αὐτὸν μέν μ' ἐσάωσα· τί μοι μέλει ἀσπὶς ἐκείνη;
ἐρρέτω.

Olympiodorus legit αὐτόν, quod explicat σωθῆναι τὴν ψυχήν: itaque non legit ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα κτλ. falsum sine dubio αὐτός pariter atque αὐτόν, quoniam nec αὐτός μ' ἐξεσάωσα nec αὐτόν μ' ἐξεσάωσα ferri potest: requiritur enim δέ. unde apparet neque Olympiodorum neque alterum scholiastam, qui αὐτὸν μ' ἐξεσάωσα exhibet, Archilochi versus antecedentes novisse; auctor igitur eorum (nam utrumque ad unum eundemque auctorem referendum esse in promptu est) florilegio usus esse videtur, in quo priore disticho omisso alterum solum legeretur. idem auctor, id quod Kaibelius me monuit, scripturam ψυχὴν ἐξεσάωσα cum altera αὐτός δ'

ἐξέφυγόν κτλ. confudisse videtur. neque vero licet verbis illis τρωθείς τις ἐν πολέμωι ὑπὸ φίλου ἔφη in Archilocheis οὐκ ἐθέλων interpretandis uti, quasi poeta ab hostibus vulneratus ea dixerit: cui sententiae contradicere videtur, quod neque iis locis, quibus propter scutum abiectum vituperatur poeta [28]) neque apud imitatores [29]) vulnera commemorantur, ad quos accedunt verba quae in schol. Ar. Pac. 1298 leguntur: Ἀρχίλοχος φοβηθεὶς ἔφυγε. αὐτὸν οὖν διαβάλλων [30]) λέγει κτλ. tamen scriptura αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος alteri ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα praeferenda esse videtur. nam si legimus ψυχὴν δ' ἐξεσάωσα· τί μοι μέλει ἀσπὶς ἐκείνη; ἐρρέτω, eo offendimus, quod ἐρρέτω nullum fere praebet sententiae progressum; quae optime procedit hoc modo αὐτὸς δ' ἐξέφυγον θανάτου τέλος, ἀσπὶς ἐκείνη ἐρρέτω· ita etiam eam versuum coniunctionem (Archilocho usitatiorem quam ceteris ut videtur) servamus, quae inde efficitur quod sententiae finis in novi versus initium traicitur [31]). sententiae igitur eo modo sese excipiunt, ut ἀσπίδι ἣν κάλλιπον opponatur αὐτὸς δ' ἐξέφυγον κτλ. qua voce illud ἀσπὶς ἐκείνη elici videtur.

21₄ alteram ἀμφ' Ἀκίριος ῥοάς scripturam a Bergkio ex Hesychio adlatam commemorasse sufficiat.

58₃ ἀλλά μοι σμικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν | ῥοικός, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσί, καρδίης πλέος. ita Galeni et Erotiani auctor versus affert. altera scriptura extat apud Dionem Chr. I 302 A qui versibus 1. 2 allatis liberiore modo loquitur: ἀλλά μοι, φησίν, εἴη
ῥαιβός, ἀσφαλέως βεβηκὼς καὶ ἐπὶ κνήμαισιν δασύς.
Emperius hanc breviorem scripturam genuinam putavit,

---

28) Critias ap. Ael. v. h. X 13, Plut. inst. Lac. 34.

29) Alcaeus 32, Anacr. 28 sq, Horat. c. II 7, 11.

30) hunc locum persimilem esse Critiae verbis ap. Aelian. v. h. X 13 Kaibelius in mentem vocat.

31) ita hexameter cum pentametro coniungitur 2_2 3_2 9_4 9_8 10_2, distichon cum disticho 2_8 9_5 9_7. — altera distinctio a Bergkio proposita τί μοι μέλει; ἀσπὶς ἐκείνη ἐρρέτω non bonum efficit sensum: permultum Archilochi interest se mortem effugisse; neque ad priorem sententiam referri posse videtur.

unde altera aucta esset; apud Archilochum ita versum fluxisse

ἀλλά μοι ῥοικός τις εἴη κἀπὶ κνήμαισιν δασύς.

at Dionis verba ultima, quae non mutata tetrametrum efficiunt, divelli non possunt. quid? si genuinus sit? etiam haec sententia falsa est. nam apparet verba illa ἀσφαλέως βεβηκὼς etiam a Dione laudata omni modo tenenda esse. quibus statutis pauca verba supersunt ἀλλά μοι εἴη quae sine dubio eum versum antecesserunt: ergo sunt quae Dio omiserit. iam si versus primi μέγας respicimus, μικρός vehementer postulatur. praeterea Dio duo de cruribus affert altera ἀσφαλέως βεβηκώς imagine disiuncta. stat igitur Bergkii interpretatio: Dio cum eos versus memoriter afferret, alia omisit, ex aliis de suo novum tetrametrum finxit. unum quod restat quaerendum [32]), utrum ῥοικός an ῥαιβός maiore utatur auctoritate, alium in locum seponimus.

86₃ hoc fragmentum a duobus tantum auctoribus traditur: nam omnes testes qui ἔθεντο scripturam praebent ex uno Lucillo Tarrhaeo hauserunt, id quod hoc loco neque necesse et longum est exponere. in versu tertio Lucillus Tarrhaeus scripturam ἔθεντο, Apollonius ἔμειξαν praebet, utramque Eustathius. de hac discrepantia quid iudicandum sit non est dubium, quamvis bonus testis Lucillus sit. ἔθεντο ab homine interpolata est, qui verbi ἔμειξαν translata notione et pleonasmo offenderetur; a poeta igitur aliena est. quamquam rem attigimus satis memorabilem, sive Lucillus sicut Eustathius duplicem invenit scripturam sive Archilochi exemplo usus est ab Apollonii alieno: neque enim casu factum est, quod Lucillus eodem loco pro Hesiodi quae nos legimus verbis O 202 βασιλεῦσιν ἐρέω φρονέουσι καὶ αὐτοῖς haec praebet βασιλεῦσ' ἐρέω νοέουσι κτλ.

Iam de iis pauca dicam, quae de novis quibusdam fragmentis nuperrime viri docti comprobare studuerunt. Blassius in Hermae vol. XXXIII p 656 schedae papyraceae misere detruncatae Flinders-Petrie pap. ed. Mahaffy I tab. IV 2 reliquias post Dielsium Archilocho vindicavit. sane verisimile

---

32) etiam in verbis καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν ῥοικός offendimur, pro quibus Kaibelius proposuit καί τι καὶ κνήμας ἰδεῖν ῥοικός.

est eas tetrametrorum esse; etiam Ionicae dialecti vestigia certa sunt; accedit quod in eo versu (col. II 3), cuius initium εἰ γὰρ ὦ[ς est, in papyri imagine post spatium septem fere litterarum N littera emicare videtur: tamen praeter illum versum fr 71

εἰ γὰρ ὣς ἐμοὶ γέΝοιτο χεῖρα Νεοβούλης θιγεῖν

multi alii cogitari possunt. cum praeterea Ionica dialectus poesis generis sit, non solius Archilochi, res mihi incertissima videtur.

totam fabulam Archilocho reddere Crusius conatus est in dissertatione Mus. Rhen. vol. 49 p 299 inserta. atque quae de simiarum saltantium fabella exposuit, ut egregia ita vera sunt. quod autem de Archilocho protulit vereor, ut teneri possit. ea quaestio pendet ab Aristidis loco II p 398 D, quo rhetorem in cynicos invehi Crusius p 305 vidit. ex sententiarum conexu haec satis sit proferre: ‹ . . περιέρχονται δ' ἄλλως βροτῶν εἴδωλα καμόντων, Ἡσιόδου κηφῆνες Ἀρχιλόχου πίθηκοι, δύο μορφὰς ἔχοντες ἀντὶ τριῶν τῆς τραγικῆς βοός τῶν ἱματίων τῶν ἠπημένων οὐδὲν διαφέροντες, τὰ μὲν ἔξω σεμνοί τὰ δ' ἔνδον 'ἄλλος ἂν εἰδείη τις', οἱ τοῦ Διὸς μὲν οὐδὲν χείρους φασὶν εἶναι τοῦ δ' ὀβολοῦ τοσοῦτον ἡττῶνται κτλ. quae verba Crusius ita commutabat, ut pro ἀντὶ τριῶν legeret ἀντ' ἰτρίων, post βοός vocem καὶ insereret; quae ita vult intellegi: περιέρχονται . . Ἡσιόδου κηφῆνες, Ἀρχιλόχου πίθηκοι δύο μορφὰς ἔχοντες ἀντ' ἰτρίων, τῆς τραγικῆς βοὸς ⟨καὶ⟩ τῶν ἱματίων τῶν ἠπημένων οὐδὲν διαφέροντες κτλ. ubi quod ipsi offensioni est mihi ne tolerari quidem posse videtur; nam falso diceretur simiis pro crustulis duas esse naturas: crustulis propositis veram naturam neglecta eruditione apparere ei dicendum fuisset; itaque neque δύο μορφάς neque praesens ἔχοντες recte se haberet. alia argumenta addenda sunt: verba τῆς τραγικῆς βοός si Crusium sequimur nihili sunt, ita ut καί addi necesse sit. itaque verba ἀντὶ τριῶν recte tradita esse videntur: ipsa res poscit, ut triplex τῆς τραγικῆς βοός color et diserte addatur (nam quis sine numero addito τῆς τραγικῆς βοός intellegeret) et illorum hominum duplici naturae opponatur. unde quod sequitur de simiis non plura verba fieri quam de fucis optime se habet. nam tota fere periodus

binis colis aequalibus constat. sic de Archilocho nihil constat nisi simias in fabula quadam, simili modo quo Hesiodi fucos, pigritiae ut videtur exemplum fuisse. alio igitur munere functae sunt atque in ea fabula pervulgata de qua Crusius in opusculi initio nos edocuit.

Iam spuriis quibusdam fragmentis operam demus.

fr 14 Aristoteles Eth. Eud. VII 2 ita affert διὰ γὰρ τὸ χρήσιμοι εἶναι φιλοῦσιν ἀλλήλους καὶ μέχρι τούτου, ὥσπερ ἡ παροιμία·

Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τόσσον φίλος, ἔσκε μάχηται [τὸν σοφὸν φίλον: Bergk]. Aristoteles, cum dicat versum proverbium esse, de Archilocho non cogitat. revera versum ab Archilocho alienum esse metrica ratione consentaneum est; nam et in ἐπίκουρος et in ἀνήρ Alexandrini qui dicitur hexametri leges a W. Meyero (act. soc. Bav. 1885, 980) repertae neglectae sunt, quas Archilochus secutus est.

de fr 15 quid statuendum sit, iamdudum Hillerus in Fleckeiseni annal. 1889, 344 optime exposuit: Syrianum in schol. Hermog. I 6, 12 R. eum versum τῶι ἐν Μιλήτωι θεῶι tribuere; idem fieri in schol. anon. a Maximo Planude repetitis V 441 W.: contra Iohannem Siceliotam VI 96 W. Archilochi nomen praebere. sed utrumque Syrianum sequi iamdudum constare, nomen igitur a Iohanne insertum omnino nullius esse auctoritatis. contra eam ratiocinationem quid proferri possit, equidem non video. immo gaudeo quod tale dictum non Archilochi esse gravissima causa comprobatum est. neque recte fecit Crusius, qui τύχη et μοῖρα insertis Archilocheam sententiam effici sibi persuasit Anth. p XI, quibus hexameter deletur. versus recentioris aetatis esse videtur, cui praemittatur similis οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον, qui inter Pseudophocylidea 162 legitur. etiam id profecimus, quod brevis vocalis ante mutam cum liquida τε βροτείη in Archilocho correptae alterum evanuit exemplum. parvam scripturae discrepantiam praeterissem, nisi Hoffmannus *Gr. Dial.* III ea abusus esset. pro Syriani et Iohannis scriptura θνητοῖς in scholiorum anon. codicibus duobus Parisinis et Monacensi legitur βροτοῖς, quae sine auctoritate effecta (nam ex βροτείη corrupta esse vide-

tur scriptura) e metrica ratione redarguitur. tamen Hoffmannus concludit in βροτοῖς veram latere memoriam, quam quidem transponendo restitui sibi persuasit.

fr 119 memoria gravissimis impedimentis obstructa est[33]). nam Pindarus O. IX ita incipit τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος | φωνᾶεν Ὀλυμπίαι, Καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδώς. Pindarus igitur Archilocho carmen tribuit, quo Olympiae victores celebrabantur; cuius simplicitas quamvis abhorreret a grandi Pindari carmine, tamen

ἄρχεσε Κρόνιον παρ' ὄχθον ἁγεμονεῦσαι
κωμάζοντί φίλοις Ἐφαρμόστωι σὺν ἑταίροις.

quale hoc carmen fuerit, in scholiis magna dissensio est. agnoscimus Eratosthenis sententiam Aristarcheae, quam scholiasta sequitur, oppositam. Aristarchi auctor Eratosthene qui ei adversatur antiquior vocem τριπλόος interpretatus est (cf ad v. 3) τρίστροφος ὤν. Eratosthenes (ad v. 1 § 6) aliter iudicabat: Ἐρατοσθένης δέ φησι μὴ ἐπινίκιον εἶναι τὸ Ἀρχιλόχου μέλος, ἀλλ' ὕμνον εἰς Ἡρακλέα, τριπλόον δὲ οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν συγκεῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τρὶς ἐφυμνιάζεσθαι τὸ Καλλίνικε. περὶ δὲ τοῦ Τήνελλα Ἐρατοσθένης φησίν ὅτι ὅτε ὁ αὐλητὴς ἢ ὁ κιθαριστὴς μὴ παρῆν, ὁ ἔξαρχος αὐτὸ μεταλαβὼν ἔλεγεν ἔξω τοῦ μέλους, ὁ δὲ τῶν κωμαστῶν χορὸς ὑπέβαλε τὸ καλλίνικε καὶ οὕτω συνειρόμενον γέγονε τὸ τήνελλα καλλίνικε. ex hoc loco etiam quid Aristarcho persuasum fuerit certius intellegitur: epinicion esse putavit e tribus strophis compositum. eadem sententia alio loco extat, ad v. 1 § 6: τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος, ὃ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια ἐπήιδετο, ἦν τρίστροφον, κοινῶς δυνάμενον ἁρμόζειν ἐπὶ παντὸς νικηφόρου διὰ τὸ καὶ τῆς πράξεως αὐτῆς ψιλὸν ἔχειν τὸν λόγον μήτε δὲ ὄνομα μήτε ἰδίωμα ἀγωνίσματος. ἐφυμνίωι δὲ κατεχρῶντο τούτωι· τήνελλα καλλίνικε. quae sine dubio omnia Aristarchea sunt[34]).

---

33) ne longus sim, eos qui ante me de hymno egerunt Sybelus Herm. V 192, Lehrsius de schol. Pind. 5. sq, Bergk. in ed., Horn de Aristarchi stud. Pind. Gryph. 83 p 39 in meis explicandis, nisi ubi necessarium est non curo.

34) iis quae Sybelus Herm. V 193 sq protulit ad verba κοινῶς δυνάμενον κτλ. Aristarcho abiudicanda Hornius p 39 n. 63 iure adversatur

contra Eratosthenes hymnum esse putabat triplici ephymnio καλλίνικε insignem[35]). praeterea ille τήνελλα Archilocho abiudicavit, quod eo modo ortum esse dixit, ut tibicine absente exarchus pro tibiarum sono τήνελλα exclamaret ἔξω τοῦ μέλους, chorus καλλίνικε adderet, unde τήνελλα καλλίνικε factum esse putabat. de hoc comastarum cantu quid Eratosthenes iudicaverit, difficile dictu est; nam plura cogitari possunt: τήνελλα dicit ab exarcho pronuntiatum esse ἔξω τοῦ μέλους, chorum καλλίνικε adiecisse; qui utrum postea hymnum cecinerit an nihil addiderit non certo constat. verisimile est sane eum de solo versiculo τήνελλα καλλίνικε cogitasse. quod si verum est, etiam verba quae secuntur Eratosthenis esse videntur: ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ μέλους (hymni scilicet Archilochei) ἐστίν·

ὦ καλλίνικε χαῖρ' ἄναξ Ἡράκλεες.

primus igitur versus trimeter iambicus affertur. sin ponimus hymnum Archilochi a choro cantatum esse, quonam is usus sit metro nescimus; neque enim τήνελλα Archilocheum esse putavit neque illam ὦ καλλίνικε κτλ. formam in animo habere potuit, cum e primis verbis versiculum τήνελλα καλλίνικε coaluisse censeret. quare haec altera sententia reicienda esse videtur. iam neglectis aliis fabellis a Sybelio Bergkio iure damnatis de Eratosthenis et Aristarchi auctoritate quaeramus. Eratosthenes Archilocho hymnum in Herculem vindicabat; sive coniectura eos versiculos conclusit hymni esse sive aliunde talis hymnus ei notus fuit, id dubitari nequit, quin ab Aristarcho Pindarique commentatore reiectus sit. at neque Eratostheni neque Aristarcho integrum carmen praesto fuisse videtur; uterque enim non Archilochi versus proponit, sed Pindari versus explicat. utut haec se habent, ne Aristarchi quidem sententiam tenere licet: adversatur enim et Pindari sententiae et Graecorum consuetudini: Pindarus non dicit ut Aristarchus voluit τὸ Ἀρχιλόχου μέλος τριπλόον (quod vix

---

35) aperte additum est οὐ τρίστροφον. Bergkius igitur erravit, qui tamen tres strophas etiam Eratostheni vindicabat, ephymnia terna strophis inserebat.

esset τρίστροφον) sed τὸ Ἀρχιλόχου μέλος, καλλίνικος ὁ τριπλόος κεχλαδώς. quid sibi voluerit apparet ex Aristoph. Ach. 1227sqq Av. 1764: τήνελλα καλλίνικος cantitabant. hoc Pindarus carmen Archilochi dicit; videtur igitur apud Archilochum extitisse.

Restat, ut pauca de singulis quibusdam locis addam.

9_2 quod traditum est θαλίῃς Fickio offensionem praebuit, quem praeter alios Hillerus et Crusius secuti sunt. Fickius et Hoffmannus non solum hoc loco breviorem dativi formam in -οις -αις delere student: quae mihi locorum multitudine satis defendi videntur, qui sunt in Archilocho hi 23 56_1 65_2 94_3; praeterea Archilochus 13_2 eodem modo utitur plurali τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων, cf Hesiod. O. 115 τέρποντ' ἐν θαλίῃσι Th. 917 θαλίαι καὶ τέρψις ἀοιδῆς.

fragmenti 21 bini versus apud Plutarchum et Athenaeum leguntur, quos Bergkius coniunxit. atque optime quidem sensit quae inter eos intercedat necessitudo; sed ordo ab eo constitutus displicet. nam verbis ἥδε — ἐπιστεφής ante oculos ponitur imago quae nullo modo causis eget quibus defendatur. sin tolerari posset, ut causa adderetur, certo non generalis sententia hoc modo singularem sequeretur. immo hic est sententiarum conexus: 'neque enim pulcra regio est, qualis illa quam Siris adfluit; ⟨ea scilicet frumento vino oleo abundat⟩, haec vero —'.

32. ὥσπερ αὐλῶι βρῦτον ἢ Θρῆιξ ἀνὴρ
ἢ Φρὺξ ἔβρυζε, κύβδα δ' ἦν πονευμένη.

Wilamowitzius in Hermae vol. 33 p 515 coniecturam satis certam pro ἔβρυζε protulit ἔμυζε. propter metricam offensionem Hillerus verbum corruptum habebat in Fleckeiseni Ann. 1889, 66, qui tamen medelam non invenit. quo verbo correcto nullum in servatis quidem Archilochi fragmentis est vestigium vocalis ante mutam cum liquida correptae.

39_2 post verbum ἴδρις in Etymologici Gen. codice B legitur οὐδαμῶς, in A secundum Reitzensteinium ind. Rostoch. 91/92 p 14 ita οὐδαρ̄: cetera Etymologica hoc verbum omittunt, id quod non curamus. a codicis A scriptura cum plurimi viri docti proficiscerentur Reitzensteinius verbum ab ἀρόω derivatum quaesivit, Peppmuellerus

οὐδ' ἀργός ποτε coniecit. tamen alia via procedendum est. nam οὐδαμῶς scriptura in B recte tradita, in altero ρ̄ pro μ̄ per errorem scripta esse videtur. οὐδαμῶς autem indicat triplici laudi additam quartam negativa figura elatam, i. e. οὐδαμῶς ⟨κακός⟩, vel potius id quod Kaibelius proposuit οὐδ' ἄλλως κακός i. e. neque aliis nominibus inutilis.

102. (cf 109a Crus.) in Bekkeri scholiis Arateis 1009 olim haec legebantur: καὶ παρ' Ἀρχιλόχωι ὑφ' ἡδονῆς σαλευομένη κορώνη, ubi Meinekius olim cum veri specie σαλευμένη corrigebat. quod non iam licet; nam in scholiis nuper inventis (p 531 Maass., cf idem Aratea p 354) verba singulari modo aucta sunt: ubi legitur καὶ παρ' Ἀρχιλόχωι ἡ ὑφ' ἡδονῆς σαλευομένη κορώνη

ὥσπερ κηρύλος
πέτρης ἐπὶ προβλῆτος ἐπτερύσσετο.

nullo modo dubitari potest, quin verba ita intellegenda sint ut significatum est: prima verba non Archilochi ipsius sunt sed paraphrastae; contra ὥσπερ ad verba Archilochi trahendum est: eodem modo atque ego nuperrime Maassius ipse quae in Arateis dederat commutavit, qui vidit etiam fr 141 huc spectare.

143. egregiam imaginem Dielsius Archilocho reddidit τέττιγος ἐδράξω πτεροῦ. nam in Herm. 23, 279 exempla recentissima ostendit illius tactae cicadae quae ad Luciani paraphrasin et ab Apostolio et a Tzetza chil. X 999 repetitam accesserunt: Constantini Rhodii ap. Matrang. an. II 628 verba ἐπεὶ πτερῶν τέττιγος ἐδράξω τάλαν[36]) Leonisque similia ib. 537 τέττιγος ἐδράξαντο τοῦ πτεροῦ τάχα. unde Dielsius effecit dimetrum

τέττιγος ἐδράξω πτεροῦ.

haec cum optime se habeant, tamen nescio an trimetro Archilochus usus sit. quod et Constantini verbis comprobari videtur πτερῶν τέττιγος ἐδράξω τάλαν et Luciani Pseud. 1 καὶ σὺ δή . . ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί κτλ. quibus illud τάλαν circumscribitur. trimetro autem verba adaptata sunt hoc modo

⏑ — τάλαν τέττιγος ἐδράξω πτεροῦ.

36) alterius versus vitiosum initium Constantini est τοὐμοῦ σιγῶντος.

181. Hesychius glossam servavit μουνόκερα· τὸ μηκέτι ἔχον τὴν ἀλκήν, ὡς Ἀρχίλοχος corruptam ut videtur, in qua neque μουνόκερα formam intellego neque quid sibi velit τὸ — ἔχον certum est. tamen aut fallor aut in ea latet nomen Acheloi quem teste schol. (Ven. B) Φ 237 Archilochus (fr 147) induxerat: Ἀρχίλοχος μὲν οὐκ ἐτόλμησεν Ἀχελῶιον ὡς ποταμὸν Ἡρακλεῖ συμβαλεῖν ἀλλ' ὡς ταῦρον. Herculem cum Acheloo pugnantem ei alterum cornu confregisse fabula narrabatur, ita ut iam ille resistere non posset.

CAPVT QVARTVM.

DE DELECTV VERBORVM.

In hoc capite, cum de delectu verborum Archilocheo agere in animo sit, rem adimus quamquam quaestione admodum dignam, tamen adhuc totam fere neglectam. quae ut expediatur, complures partes statui necesse est. in priore videamus, quasnam voces et figuras epicas Archilochus receperit quas de suo immutaverit quas novas induxerit; hac via certius cognitum iri speramus non solum in quibus tota Archilochi aetas loquendi usu et vivendi ratione ab Homero differat, sed etiam Archilochus ipse qua arte epicae poesis exemplum secutus sit aut ab eo recesserit. in altera parte quae de copia verborum cum quorundam epicorum tum recentiorum Archilochea dicenda sunt invenies.

A.

Primum igitur Archilochi delectum verborum cum epica poesi conferamus, ut quantum quidem in hac materiae fortuito traditae exilitate possumus, iudicium faciamus de toto Archilocheae aetatis cultu, praeterea de artis Archilochi parte nequaquam despicienda. propter materiae tenuitatem quaestiunculam non secundum poesis genera discernimus, ne disiectis rebus inter se cognatissimis quaestio turbetur. contra maiores vocum et rerum affinium

provincias constitui bonum videbatur. hanc rationem secutos multo plura nos intellecturos esse spero, quam si epicas figuras solas respiceremus; siquidem novae res novaque nomina non minus quaestione digna sunt epicis, neque de altera elocutionis parte vere iudicari potest altera neglecta [1]. argumentorum variae quas constituimus familiae eo inter se differunt, quod multa quae ab epicis poetis respici vel coli solebant etiam apud posteros valebant, multa ab illa poesi remota aut postea orta apud hos primos inveniuntur. prioris partis sunt quae ad religionem mare pugnam, corpus animumque humanum pertinent; in qua epica nomina praevalent, quamvis multa nova imprimis de animo dici videbimus. contra recentioris aetatis copiam maiorem inveniemus in eis quae ad hominum mores et instituta (exceptis belli vocabulis), ad animalium plantarum, terrae regionum notitiam pertinent: quod non casu, sed ea de causa factum videtur, quod in materia quae per magnum temporis spatium non multum mutatur eadem nomina manent, in iis quae in annos fere aliae fiunt nova semper nomina oriuntur.

A religione incipiamus in qua praeter multa novicia permulta Homerica [2]) inveniuntur. saepe omnes dei uno nomine comprehenduntur: penes eos potestas est, qua humanas res regunt: fr 56

τοῖς θεοῖσι θεῖα [3]) πάντα· πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
ἄνδρας ὀρθοῦσιν μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί,

---

1) qua de causa nobis non sufficit epici sermonis copia a Laegero De veterum epicorum studio in Archilochi Semonidis Solonis Hipponactis reliquiis conspicua, diss. Hal. 85 satis diligenter comparata, eo minus quod ille formalem rationem secutus de multis eiusdem argumenti vocibus diversis locis egit; accedit quod ille, cum eas éligeret quae poeticum quendam colorem prae se ferre viderentur, suum saepe secutus est non poetarum iudicium.

2) alteram partem testimoniorum quae ad deos pertinent Laegerus l. l. p 25 sqq congessit, ita ut ea afferret quae apud Archilochum et Homerum congruunt, reliqua sicut proposito conveniebat neglegeret; qua de causa omnia hoc loco proposui. — Homeri loci, quos omnes exscribere me taeduit, ex Ebelingi lexico Homerico facile augentur.

3) τ' εἴθεῖα vel τίθει Stob. codd.: θεῖα Kaibel.

πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας
ὑπτίους κλίνουσι.

eadem fere sententia legitur π 211 sq [4]):

ῥηίδιον δὲ θεοῖσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν,
ἠμὲν κυδῆναι θνητὸν βροτὸν ἠδὲ κακῶσαι.

ita victoriam donant (fr 55)

νίκης δ' ἐν θεοῖσι πείρατα

quo loco Archilochum Clemens dicit versum Homericum secutum esse hunc

νίκης ἀνθρώποισι θεῶν ἐν πείραι [θεῶι ἔνι Sylburgius ft l. θεοῖσ' ἔνι πείρατα] κεῖται [5])

deorum, qui in Olympo habitant, hominumque pater est Iuppiter; notae sunt figurae epicae θεοὶ 'Ολύμπια δώματ' ἔχοντες et πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. apud Archilochum Ζεὺς πατὴρ 'Ολυμπίων est 74_2; homines (atque in fabulis animalia hominum vel religione recepta) Iovem verbis Ζεῦ πάτερ (99, 74_2), ὦ Ζεῦ πάτερ Ζεῦ (88_1) implorant. omnes fere singuli dei ἄνακτες invocantur epico modo: ἄναξ Ἄπολλον 27_1, ἄναξ Ἥφαιστε 75_1, Διωνύσοι' ἄνακτος 77_1, Ποσ ιδ⟨ά⟩ωνος ἄνακτος 10 (de casu non constat), poeta sibi est 1 θεράπων Ἐνυαλίοιο ἄνακτος. ut fit, secundum varios animi motus modo potentia (de 55 antea diximus, 101 H.-Crus.) modo iustitia (27) praevalet modo altera cum altera coniungitur (56 88; exemplis epicis non opus est). ante ceteros deos Iuppiter Neptunus Pluto diversa obtinent imperia; Iovis caelum esse imprimis docet locus nobilissimus O 192 sqq

Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν.

idem apud Archilochum invenitur 88

ὦ Ζεῦ πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος.

---

4) locum e Clemente 739 attulit P. Deuticke, Archilocho P. quid in graec. litt. sit tribuendum, Hal. 77 p 6, qui hanc quaestionem non nisi obiter attigit.

5) qui versus in Homero non legitur. cf H 102 αὐτὰρ ὕπερθεν νίκης πείρατ' ἔχονται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν. a Clementis auctore ea quam nos legimus scriptura cum figura θεῶν ἐν γούνασι κεῖται P 514 Υ 435 contaminata esse videtur; v. Laegerus p 20.

quocum cohaeret, quod dies noctesque ducit: σ 136 sq legitur sententia

τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσιν πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

quam Archilocho [6]) veteres viderunt in animo fuisse 70

τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς Γλαῦκε Λεπτίνεω πάι
γίγνεται θνητοῖσ', ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγῃ
καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοισ' ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν.

cum paterno in deos hominesque iure utatur, omnipotens est atque iustus scelerum ultor: 88

ὦ Ζεῦ πάτερ Ζεῦ, σὸν μὲν οὐρανοῦ κράτος,
σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς
λεωργὰ καὶ θεμιστά, σοὶ δὲ θηρίων
ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.

compluria his verbis coniunguntur quae apud Homerum dispersa sunt: de Iovis regno caelesti antea vidimus; cum secunda sententia conferri licet hos locos ν 213 sq

Ζεύς σφέας τίσαιτο ἱκετήσιος, ὅς τε καί ἄλλους
ἀνθρώπους ἐφορᾷ καὶ τίνυται ὅστις ἁμάρτῃ

et ρ 486 qui ad cunctos deos pertinet

θεοὶ . . . ἐπιστρωφῶσι πόληας
ἀνθρώπων ὕβριν τε καὶ εὐνομίην ἐφορῶντες.

Iuppiter igitur et magna et parva gubernat, ita ut iure his laudibus exornetur 101 H.-Crus.

Ζεὺς ἐν θεοῖσι μάντις ἀψευδέστατος
καὶ τέλος αὐτὸς ἔχει.

Iovem omnium deorum veracissimum vatem esse apud Homerum quidem non legitur; tamen ea sententia artissime cohaeret cum cognomine Iovis Πανομφαίου Θ 250, de cuius oraculo Dodoneo cf Π 235 ξ 328 τ 296 Hes. fr 156_6. transeo ad Martem. apud Homerum inveniuntur figurae velut haec ἔριδα ξυνάγοντες Ἄρηος Ε 861, aliis locis pugna dicitur μῶλος Ἄρηος Η 147; unde Archilochus composuit 3_2

---

6) alio modo eandem sententiam expressit Sem. 1_8

νόος δ' οὐκ ἐν ἀνθρώποισιν, ἀλλ' ἐφήμεροι
ἃ δὴ βότ' αἰεὶ ζῶμεν οὐδὲν εἰδότες
ὅπως ἕκαστον ἐκτελευτήσει θεός.

Ἄρης μῶλον συνάγῃ. epitheton ei tribuitur μιαιφόνος E 844, milites dicuntur υἷες Ἄρηος B 512 I 82 (cf N 519 Ω 474) unde item Archilochus effecit unam figuram 48 παῖδ' Ἄρεω μιηφόνου. alia figura θεράπων Ἐνυαλίοιο ἄνακτος 1₁ in Homero non invenitur, quamquam simillima θεράποντες Ἄρηος Z 67. totam sententiam Homericam veteres viderunt ab Archilocho receptam esse, qui secundum versum illum Σ 309 ξυνὸς Ἐνυάλιος καί τε κτανέοντα κατέκτα haec exhibet 62 . . . . ἐτήτυμον γὰρ 'ξυνὸς ἀνθρώποισ' Ἄρης': fortasse verbo ἐτήτυμον ad Homeri verba ipse alludit: 'verum est illud Homeri dictum . .'. Vulcanus ignem ipsum significat 16 non sine audacia ad Homeri exemplum B 426 (cf Prellerus *Griech. Mythologie* I⁴ 182). Musarum munera apud Homerum hoc nomine non utuntur, etsi δῶρα θεῶν saepius inveniuntur; epitheto exornata eadem vox legitur Γ 64 δῶρα ἐρατὰ Ἀφροδίτης. quare iuvat Hesiodum addere, cui poetarum ars Th. 93 est Μουσάων δόσις, 103 δῶρα θεάων, a qua figura paullo altera differt quae est (ἀοιδοὺς) Μοῦσ' ἐδίδαξε θ 481 488 cf Hes. Th. 22 O. 662; utramque Archilochus coniungit 1₂

καὶ Μουσέων ἐρατὸν δῶρον ἐπιστάμενος:

patet igitur illam Μουσῶν δῶρον adeo a genuina ac propria notione deflexisse, ut plane diversa notio ἐπίσταμαι cum ea coniungi posset [7]).

Ab altera parte multa inveniuntur nova, sive aucta dicendi facilitate vetusta novo modo exprimere licuit sive novae res novis nominibus utebantur. quorum quaedam enumerari necesse est. Apollo Homero est ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων, qui telis suis homines perdit; itaque Melanthius Telemachum ρ 251, Penelope Antinoum exsecrantur eius nomine ascito

ρ 251 αἴ γὰρ Τηλέμαχον βάλοι ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ρ 494 αἴθ' οὕτως αὐτόν σε βάλοι κλυτότοξος Ἀπόλλων.

quanto vehementius ab Archilocho imploratur

27 ἄναξ Ἄπολλον, καὶ σὺ τοὺς μὲν αἰτίους
σήμαινε καί σφεας ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις.

7) cf Theogn. 249 sq.

ornatur sententia figura etymologica Ἄπολλον: ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις post Archilochum saepius usitata, cf Prellerus-Rob. I[4] 232[3]. apud Homerum haec figura non invenitur, quamquam similis lusus compluria exempla leguntur[8]). praeterea figura ὄλλυ' ὥσπερ ὀλλύεις praedicanda est qua Apollinis numen ante oculos ponitur; eandem in alia imploratione invenimus, Vulcani scilicet, 75

κλῦθ' ἄναξ Ἥφαιστε καί μοι σύμμαχος γουνουμένωι
ἵλαος γενεῦ, χαρίζευ δ' οἷάπερ χαρίζεαι. . . . .

novum quasi deum apud Archilochum deprehendimus Bacchum. apud Homerum Bacchus, qui neque multis neque vetustioribus ut videtur locis invenitur, Thracius deus est a Graecis alienus; postea in Graeciam venit. Hesiodus O. 613 novi aliquid praebet qui vinum Bacchi donum appellat. iam ut per omnes fere maris Aegaei insulas colebatur ita Naxio, quae tota insula ei erat sacra[9]), Thasioque cultu fruebatur[10]), unde concludimus Pari eundem fuisse cuius colonia Thasus erat. etiam Anthesteria in eius honorem per totam Ioniam celebrata esse constat. in Bacchi honorem Archilochus ad tibiarum sonum solus canere se posse dicit 77

ὡς Διωνύσοι' ἄνακτος καλὸν ἐξάρξαι μέλος
οἶδα διθύραμβον οἴνωι συγκεραυνωθεὶς φρένας.

quantopere dei religio post Homerum creverit, hoc statim loco videmus, quo primo totum eius numen paucis verbis adumbratum est. nam duae eius ut ita dicam partes artissime coniunctae sunt. Bacchus hominibus vinum dono dedit; quo συγκεραυνωθεὶς φρένας poeta dithyrambum dei carmen fundit. novas res novis nominibus uti videmus. nam Bacchi carmen μέλος est; hoc nomen in vetustiore poesi non extat[11]), nisi quod in h. Merc. 502 μέλος ἄεισεν

---

8) Lerschius *Sprachphilosophie d. Alten* III 3 sqq. Schulzius qu. ep. 104 505.

9) Prell.-Rob. 676. — alio loco Archilochus τὸν Νάξιον οἶνον τῶι Νέκταρι παραβάλλει, fr 151.

10) Prell.-Rob. 679.

11) hymn. 19_{16} οὐκ ἂν τόν γε παραδρόμοι ἐν μελέεσσι | ὄρνις tibiarum sonus et avium cantus eo comprehenduntur.

legitur scriptura dubitationi obnoxia, v. Schulzius qu. ep. 205_1. διθύραμβος ante Archilochum non invenitur, qua voce hoc loco unius hominis cantum significari apparet. etiam aliorum cultuum, quibus in epica poesi locus non dabatur, vestigia inveniuntur; in Apollinis sine dubio honorem poeta canit 76

αὐτὸς ἐξάρχων πρὸς αὐλὸν Λέσβιον παιήονα:

nam eius diem festum celebrari ostendit paeanis nomen: quod nomen invenitur A 473 X 391, Cretici paeanis h. Ap. 518, Λέσβιος παιήων apud Archilochum solum commemoratur. ἐξάρχω apud Homerum B 273 cum accusativo coniungitur βουλὰς ἐξάρχων [12]), ceteris locis cum Genetivo sensu diverso, cf Kaibel. Soph. El. 160; Ω 721 ἀοιδοὺς θρήνων ἐξάρχους invenimus.

Mare et quae cum eo cohaerent apud Homerum et Archilochum creberrime commemorantur. eo clarius apparet, quomodo Archilochus epicum sermonem sequatur, quomodo ab eo differat. mare qua apud Homerum circumscribitur figura κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης B 209 h. 6_4 Cypr. fr 6_8 Ki. eadem apud Archilochum 9_3. figura epica est ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν ε 335 h. Apoll. 73; aliis locis ἅλς epitheto πολιή adornatur A 350 M 284 ι 132: quas Archilochus in unam coegit 11 πολιῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν [13]). de Neptuno ε 291 (304) dicitur ἐτάραξε δὲ πόντον: Archilochus 54_1 pro imagine his verbis utitur βαθὺς . . κύμασιν ταράσσεται πόντος voce κύμασιν et epitheto βαθύς insuper additis. θάλασσα A 157 appellatur ἠχήεσσα: undas addit Archilochus 74_8 θαλάσσης ἠχέεντα κύματα. ventus cum undis saepius coniungitur, velut in hac figura ἄνεμός τε καὶ κῦμα ε 134, ἀνέμωι καὶ κύματι ψ 235, semper ita, ut ventus priorem obtineat locum: Archilochus ordine mutato dixit 43 ἴστη κατ' ἤκην κύματός τε κἀνέμου. eiusdem figurae altera pars κατ' ἤκην in epica poesi non invenitur. alia imago nova legitur 23 κυμάτων ἐν ἀγκάλαις adeo poeta digna, ut Aristo-

12) h. 27_{18} ἐξάρχουσα χορούς.

13) simillimum legitur exemplum h. 33_{15} λευκῆς ἁλὸς ἐν πελάγεσσιν.

phanes Ran. 704 eam reciperet [14]). navis epitheto θοῆς effertur apud Archilochum 4 θοῆς διὰ σέλματα νηός sicut apud Homerum sescenties. contra quod 11_1 γλυκερὸν dicit νόστον in Homero non legitur nisi χ 323 νόστοιο τέλος γλυκεροῖο. ex reliquis vocabulis duo addo levioribus omissis. ε 67 B 614 commemorantur θαλάσσια ἔργα, quam notionem Archilochus expressit verbis θαλάσσιον βίον 56. in rhetorica figura quae est ἀδύνατον 74 haec verba leguntur μηδ' ὅταν δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομόν | ἐνάλιον: apud Homerum est νομοῦ ὕλης κ 159, ε 67 κορῶναι εἰνάλιαι appellantur, contra apud eum translata substantivi νομός notio non invenitur. pro ἐνάλιος forma hexametro non apta εἰνάλιος (ἔναλον h. Ap. 180) in usu sunt.

In iis quoque quae ad bella pugnasque spectant magnam cum epico sermone similitudinem invenimus, maiorem quam in ceteris quae ad hominum mores instituta vivendi rationem referuntur; qua de causa hoc loco sequantur. de figuris παῖδ' Ἄρεω Arch. 48 θεράπων 'Ενυαλίοιο ἄνακτος 1 μῶλον Ἄρης συνάγῃ 3_2 antea diximus, ubi de Marte res fuit, quibus nonnulla addi licet. in Homero leguntur voces velut πολέμοιο . . μέρμερα ἔργα Θ 453, πολεμήια ἔργα Ε 428, μέγα ἔργον Ἄρηος Λ 734; non ad hanc quamquam ad ἰού vocem πολύστονος nomen additur, quo Hesiod. O. 145 usus est Ἄρηος ἔργα στονόεντα; simili modo Archilochus dicit 3_3 ξιφέων δὲ πολύστονον ἔσσεται ἔργον. idem quod mortem vulneraque 7 ξείνια δυσμενέσιν λυγρὰ χαριζόμενοι exhibet malum illud Cyclopis ξεινήιον ι 370 in mentem revocat qui se Ulixem postremum comesurum esse promittit. sententiam Homericam integram ab Archilocho receptam esse dicit Clemens Str. VI 739 Archilochea 55 νίκης δ' ἐν θεοῖσι πείρατα ad versum referens nobis non servatum νίκης ἀνθρώποισι θεοῖσ' ἔνι πείρατα [θεῶν ἐν πείραι tr.] κεῖται, de quo antea egimus; ne alterum quidem imitationis exemplum 62 ξυνὸς ἀνθρώποισ' Ἄρης ~ Σ 309 hoc loco repetendum est. figuram ἐμάρψαμεν ποσίν 59 epicam esse do-

14) contra Nausicrates II 295 K ἤδη φανέντος πελαγίοις ἐν ἀγκάλαις utrum Aristophanem an Archilochum respiciat difficile dictu est.

cent loci velut X 201 μάρψαι ποσίν Φ 564 μάρψῃ ταχέεσσι ποδέσσιν. hominem timidum Archilochus 188 πρόκα appellavit similiter atque Achilles A 225 dicit Agamemnoni esse κραδίην ἐλάφοιο. unde cum satis appareat, quam crebro Archilochus figuris epicis usus sit, iam in uno exemplo ex elegiis petito videamus, quomodo eae figurae in maiore conexu sese excipere potuerint. fr 3

οὔ τοι πόλλ' ἐπὶ τόξα τανύσσεται οὐδὲ θαμεῖαι
σφενδόναι, εὖτ' ἂν δὴ μῶλον Ἄρης συνάγῃι
ἐν πεδίωι, ξιφέων δὲ πολύστονον ἔσσεται ἔργον·
ταύτης γὰρ κεῖνοι δαίμονές εἰσι μάχης,
δεσπόται Εὐβοίης δουρικλυτοί.

in quibus epica est tmesis ἐπὶ . . τανύσσεται, epicum epitheton fundarum θαμεῖαι (M 44 Ξ 422 θαμείας αἰχμάς); ex epicis figuris composita est nova illa μῶλον Ἄρης συνάγῃι; ἐν πεδίωι (παρὰ νηυσίν) Σ 256 in versus initio legitur cum antecedente coniuncti; verbis ξιφέων πολύστονον ἔσσεται ἔργον quid epici insit paullo ante vidimus. epitheton δουρικλυτός ab Homero E 45 N 210 quorundam heroum nominibus additur, ab Archilocho genti tribuitur. denique insigne habes uberrimae imitationis epicae exemplum, quanta non in omnibus elegiis fuerit, nedum in aliis generibus cogitari possit.

Iam ad eas voces transeamus quae ad corpus humanum attinent. quarum non solum singulae apud Homerum et Archilochum eaedem sunt, sed etiam figurae quaedam. caput apud Homerum interdum aliis corporis partibus opponitur velut κεφαλὴ καὶ ὦμοι Γ 227 ζ 235 O 125 κεφαλὰς καὶ χεῖρας φ 225: Archilochus totum corpus comprehendit 12_1 κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα. idem quod in hac figura observatur soli alteri nomini epitheton addi χαρίεις, quod potius in priore expectatur, apud Homerum valet Π 798 κάρη χαρίεν τε μέτωπον. nota figura epica est μετάφρενον ἠδὲ καὶ ὤμους θ 528 B 265: Archilochus ea utitur ordine inverso 29_3 ὤμους κατεσκίαζε καὶ μετάφρενα simul rariore pluralis forma inducta quae apud Homerum non nisi M 428 extat. aliud exemplum habemus 139 πολλὸς δ' ἀφρὸς ἦν περὶ στόμα. simile quid legitur Υ 168 περί τ' ἀφρὸς ὀδόντας

γίγνεται (leonis scil. irati) Ο 607 ἀφλοισμὸς δὲ περὶ στόμα γίγνετο, et qui locus propius ad Archilochum accedit [Hes.] Scut. 389 ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα . . λείβεται: simile exemplum etiam in ea poesi extare poterat quae nobis periit. eiusdem generis est 37 χαίτην ἀπ' ὤμων . . κεκαρμένος: Homerus nomina ipsa adhibet, consociatis eis non utitur. contra haud raro haec invenitur figura velut Υ 321 κατ' ὀφθαλμῶν χέεν ἀχλύν Ε 696 κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλύς cf η 41 ἀχλὺν θεσπεσίην κατέχευε. eisdem verbis quamquam leviter mutatis Archilochus usus est 103_2 πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν. gestus implorationis hac figura significatur θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον Η 177 Διὶ χεῖρας ἀνασχὼν Ε 174, eadem apud Archilochum 82 Δημητρί τε χεῖρας ἀνέξων. supplicis gestus qui sint Φ 71 sqq describuntur τῇι ἑτέρηι μὲν ἑλὼν ἐλλίσσετο γούνων κτλ ; nova voce Archilochus usus est 130 προτείνω χεῖρα (καὶ προίσσομαι). ne tangendi quidem verbum in epica poesi legitur quod Archilochus habet 71 χεῖρα Νεοβούλης θιγεῖν. epicum colorem ostendit figura 59_1 ἐμάρψαμεν ποσίν de qua antea diximus. verbi βαίνω perfecto Ο 90 Β 134 standi notio inest sicut apud Archilochum 58_1 ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσίν: pedum nomen apud Homerum saepe cum eundi notione coniungitur ut Ε 745 ποσὶ βήσετο. cum asini dorso Archilochus 21 Thasum insulam confert novo nomine ῥάχις inducto. cutis nomen χρώς aqud Homerum saepius legitur; Archilochus dicit 100 ἁπαλὸν χρόα, qui de cute dicere poterat quod Homerus de cervice Ν 202 ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς: etiam nomen ἁπαλόχρως in mentem vocatur quod legitur h. Ven. 14 Hes. O. 519. dicere sufficit has voces etiam in epica poesi inveniri: γαστήρ Arch. 78 μηροί 72_2 136 τένοντες 47 ἶνες 138; κνημῶν nomini quod in Homero extat novum adiectivum Archilochus addidit 58_3 περὶ κνήμας ἰδεῖν ῥοικός. ex altera parte apparet has σκύτην 122 ἀποσκολύπτειν 124 πυγὴν 91 τράμιν 195 μεδέων 138 μύσχης 185 μύκεω 47 σάθη 97 μύρτον 164 ἀηδόνος 156 ab epica poesi abhorrere. aliae velut ἁπαλὸν κέρας 171 τυφλὰς ἐγχέλυας 101 non nisi certis temporibus in certis regionibus usitatae esse videntur, in quarum numero fortasse habenda est ἀσκός 72 ventris notio. contra quod ἀγκάλη non ante Ar-

chilochum 23 extat fortunae tribuam. quibus enumeratis paullum nobis redeundum est ad eas corporis partes quibuscum animum vel animi emanationes coniunctas putabant. cor apud Homerum est laetitiae sedes δ 548 κραδίη καὶ θυμὸς . . ἰάνθη quocum consentit Archilochus 36 καρδίην ἰαίνεται praeter formam καρδίην in Homero rarissimam, v. Schulze qu. ep. 383. oculi 25_1 ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν translata fere vi utuntur: apud Homerum ea animi notio nisi fallor non extat. ὀδύναι Homero sunt et corporis dolores et animi luctus; illi ita fere describuntur Π 517 ἀμφὶ δέ μοι χεὶρ ὀξείῃς' ὀδύνῃσιν ἐλήλαται Λ 398 ὀδύνη δὲ διὰ χροὸς ἦλθ' ἀλεγεινή (sc. Diomedis e pede vulnerati) Ε 399 ὀδύνῃσι πεπαρμένος; luctus significari solet (praeter α 242) φρενῶν vel θυμοῦ voce addita, velut Ο 24 θυμὸν ἀνίει ἀζηχὴς ὀδύνη Ο 60 β 79. Archilochea duo sunt exempla doloris corporis cum animi coniuncti: 84 in amorem vehementissimum inlapsus hac descriptione

δύστηνος ἔγκειμαι πόθωι
ἄψυχος χαλεπῇσι θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκητι
πεπαρμένος δι' ὀστέων

Homericum illud ὀδύνῃσι πεπαρμένος auxit; hic primum amorem imagine expressum invenis quae a nota illa ignis cor et ossa urentis non multum abest. quacum etiam hanc [15]) conferas 103

τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς
πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν
κλέψας ἐκ στηθέων ἀταλὰς φρένας.

luctus egregiorum virorum aquis submersorum, in quibus Archilochi sororis maritum fuisse scimus, gravissimus erat:

9_1 οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃσ' ἔχομεν | πνεύμονας.

hac mira sententia exprimi videtur et medii pectoris dolor luctu effectus et pulmonum pressus quidam flendi vehementia ortus; quam ego non plane perspicio, cui neque veterum medicorum neque nostratum de eo iudicia nota sint.

---

15) utraque nostrum poetam in memoriam revocat
es schwindelt mir, es brennt
mein Eingeweide.

Iam voces permultas perlustremus quibus animi natura et vires exprimuntur. animi nomen θυμός epicum apud Archilochum 70_1 extat; quem 66_1 ipse alloquitur θυμὲ θύμ᾽ . . κήδεσιν κυκώμενε, cuius usus exemplo sunt in recentiore Odysseae parte verba quae Ulixes καθαπτόμενος φίλον ἦτορ dicit υ 17 sqq. apud Homerum extat verbum φρονεῖν sicut apud Archilochum 70_3 112, necnon mentis nomen φρένες (Arch. 77_2) deest; φρένας quod Arch. 103_3 ἀταλάς dicit prope accedit ad Homericam figuram Σ 567 ἀταλὰ φρονέοντες unde nomen ἀταλόφρονος Z 400 ortum est. prudens homo dicitur κ 553 φρεσὶν ᾗσιν ἀρηρώς: Archilochus 94_3 habet φρένας ἧς τὸ πρὶν ἠρήρεισθα. plenius Arch. 78_4 dicit νόον τε καὶ φρένας, quae coniunctio apud Homerum non extat, quamquam similis νοήματα καὶ φρένας θ 559; Archilochi verba ipsa leguntur in Scut. 149. νόος epitheto πυκνός utitur et apud Homerum O 461 et apud Archilochum 89_6. callida vulpes 89_5 appellatur κερδαλέη, eadem voce ν 291 h. Merc. 495 homo, ζ 148 μῦθος: ceterum Archilochi nomen κερδαλέη et aliud κερδώ vulpi mansisse videmus ex Suida Hesych. cet. ab amore dicit Archilochus 103_3 non solum oculorum, sed etiam animi vires captas esse: πολλὴν κατ᾽ ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευεν κλέψας ἐκ στηθέων ἀταλὰς φρένας: similiter Homerus Γ 442 με . . ἔρος φρένας ἀμφεκάλυψεν. dementia et animi caecitas inde ab Homero est ἄτη (Arch. 73). imprudens homo Ψ 603 nominatur παρήορος: νόου παρήορος addit Arch. 56_5. quod Archilochus verbali figura utitur 94_2 τίς σὰς παρήειρε φρένας; exemplo caret epico, nam verbum illud non legitur nisi Π 341 quo loco propria notione utitur; ne haec quidem Arch. 78_4 νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν in epica poesi invenitur, quamquam eadem fere figura παρὲκ νόον ἤγαγεν K 391 h. Ven. 36. amore exanimatum Arch. 84_2 se dicit ἄψυχον quod nomen apud vetustiores non legitur. animum vino elatum Arch. 77_2 novo nomine dicit οἴνῳ συγκεραυνωθεὶς φρένας. de hominum patientia ac virtute Ω 49 legitur (κλαύσας καὶ ὀδυράμενος μεθέηκεν·) τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν: eandem sententiam praebet Archilochus paucis mutatis 9_5 ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν . . ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν φάρμακον. . . . ἀλλά

τάχιστα τλῆτε γυναικεῖον πένθος ἀπωσάμενοι: quomodo Archilochus suam reddiderit sententiam non opus est exponi; novum patientiae nomen adhibuit τλημοσύνην[17]). homo reverentia dignus vocatur αἰδοῖος ut apud Homerum ε 447 ita apud Archilochum 63_1. implorandi verbo epico γουνόομαι δ 433 O 660 Archilochus utitur 75_1, cui praeterea praesto est προίσσομαι 130 ab epico sermone fortasse alienum: certe sola nomina προΐξ προίκτης Homero nota sunt. clementem vocat Archilochus 75_2 ἵλαον brevi media syllaba sicut I 639 T 178 h. 29_9. iustitiae nomen δίκη (Arch. 88_1) inde ab Homero usitatum est. iusiurandum sollemne Homero est μέγας ὅρκος A 233: Arch. 96_1 epitheton postponit ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν. poenae nomine θωίη Archilochus 109 usus est, quam formam etiam Homero N 669 β 192 Nauckius et Kaibelius iure reddiderunt. neque vero desunt nova: facinora iniusta et iusta 88_3 dicuntur ἔργα λεωργὰ καὶ θεμιστά [κάθ. tr.]: ne θεμιστός quidem Homericum est adiectivum, cum uno qui in censum venit loco E 761 recte substantivum θέμιστα intellegatur; adiectivi forma θεμιτός non est nisi h. Cer. 207, saepius apud Homerum ἀθέμιστος. iusiurandum violatum Archilochus 96_1 Lycambae opprobrio dat ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν: νοσφίζομαι apud Homerum utitur semper propria abeundi vel deserendi notione, semper forma media, nisi loco recentissimo λ 73, cf h. Cer. 92. res quam quis nullo modo accidere posse cum iureiurando dicat, Archilocho 74_1 ἀπώμοτος est novo ac rarissimo nomine uso. quod Telemachus χ 154 fatetur αὐτὸς ἐγὼ τόδε ἤμβροτον (vel Agamemnon I 116 ἀασάμην) idem Archilochus 73 alio verbo ἤμβλακον: neque Clementi fides habenda est, qui Str. VI 739 dicit totam Archilochi sententiam ἤμβλακον, καί πού τιν' ἄλλον ἧδ' ἄτη κιχήσατο secundum I 116 sq ἀασάμην οὐδ' αὐτὸς ἀναίνομαι· ἀντί νυ πολλῶν λαῶν ἐστιν ἀνὴρ κτλ. factam esse: nam postrema parte abiecta post πολλῶν falso sententiae finem statuit[18]). res fide dignae πισταί appellantur 74_5 ut B 124 ω 483 (ὅρκια). Iovem vatem Archil.

17) contra h. Ap. 191 τλημοσύναι hominum miseria est.

18) nonne hoc anthologiae vestigium est?

101 Cr. ἀψευδεστάτου nomine exornat sicut Hesiodus Th. 233 Nerea, cui apud Homerum Σ 46 filia est Ἀψευδής. δολοφρονέουσαν Arch. 93_3 feminam appellat praeeunte Homero Γ 405. fortem ducem dicit 58_4 καρδίης πλέον, quam figuram Herod. V 111 λήματος πλέος recepit: is usus apud Homerum non invenitur, nam alia est sententia qualis P 211 legitur πλῆσθεν δ' ἄρα οἱ μέλε' ἐντὸς ἀλκῆς καὶ σθένεος: tamen κραδίη interdum (M 247) vim habet animi fortis; nomen πλέος simili cum audacia usitatum est μ 92 ὀδόντες πλεῖοι θανάτου. nomina quibus timor appellatur omnia in epica poesi extant velut φόβος 54_3 δέος 74_4 πτώσσουσαν 106 (χ 304 Φ 14 26). verbum ἀπάγχω quod apud Archilochum 67 παρὰ φίλων ἀπάγχεαι [v. l. -εο] translaticiam vim habet, apud Homerum propria utitur uno quo legitur loco τ 230 νεβρὸν ἀπάγχων. sperandi verbo noto ἔλπομαι usus est Arch. 61_1 sicut Homerus Σ 194 h. 7_{28}. novum contra est adiectivum ἐπίελπτος 74_5: Homerus nihil nisi ἐπιέλπομαι praebet. etiam contrarium 74_1 legitur χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν, quod extat in h. Cer. 219 252 cf h. Ap. 91; substantivum ἀελπτίη non invenitur ante Archilochum 54_3. laetitia apud Homerum vario modo exprimitur: κραδίη καὶ θυμὸς ἰάνθη dicit δ 548, similiter Arch. 36 ἄλλος ἄλλωι καρδίην ἰαίνεται. etiam χαίρειν τινί apud utrumque invenitur. Homeri τέρπετ' ἀκούων A 474 apud Archilochum 79_2 redit τέρψεαι δ' ἀκούων qui praeterea habet ἐτέρπετο 29_1 θαλίῃς τέρψεται 9_3 quae figura Hesiodum in memoriam vocat O. 115 τέρποντ' ἐν θαλίῃσιν locumque Hesiodo et Archilocho recentiorem λ 603 τέρπεται ἐν θαλίῃ [aut θαλίῃς] (cf p 43). eadem figura paullum mutata legitur Arch. 13_2 τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων: τερπωλήν singularis legitur σ 37. cum carminibus Arch. 22 gaudia componit καί μ' οὔτ' ἰάμβων οὔτε τερπωλέων μέλει. cantus vi velut arte magica homines capi cum dicit novum verbum adhibet 112a Cr. κηλεῖται δ' ὅτις ἐστὶν ἀοιδαῖς. ad iucundam rem designandam hae ei praesto sunt voces epicae καλός ἐρατός 21 (1_2 Musarum donum ἐρατόν dicit), haec nova χαρτοῖσιν (χαῖρε) 66_6. gratia 63 χάρις est ut apud Homerum, qui etiam verbum χαρίζομαι praebet ω 283 quo utitur Arch. 7 ξείνια . . λυγρὰ χαριζόμενοι 75_2 χαρίζευ δ' οἷάπερ

χαρίζεαι. amandi verba φιλέω 58_1 80 ἠράσσατο 30_2 inde ab Homero usitata sunt, item amici nomen φίλος 9_6 67 78_3 111, adiectivum φίλος 14_1 74_9 quod ω 517 extat in illa figura πολὺ φίλταθ' ἑταίρων ab Archilocho 79_2 recepta. invidiae nomen ζῆλος Homero ignotum primum legitur apud Hesiodum Th. 384 O. 195. cupiendi verbo Archilochus 176 usus est . χροαίνειν[19]) quod Z 507 = O 264 secundum interpretes veteres plane diversam habet notionem τοῖς ποσὶ κρούειν. magnum amoris desiderium 103 φιλότητος ἔρως vocatur quae voces apud Homerum non coniunguntur. πόθου nomine post epicos poetas Arch. 84_1 85 utitur: 85 quod dicit πόθος με δάμναται idem de Venere legitur Ξ 199 h. Ven. 17; imprimis autem Hesiodus audiendus est qui Th. 121 (911) eodem amoris utitur epitheto quo Archilochus: Ἔρος . . λυσιμελὴς πάντων τε θεῶν πάντων τ ἀνθρώπων δάμναται ἐν στήθεσσι νόον, quocum congruunt Archilochi verba μ' ὁ λυσιμελὴς . . δάμναται πόθος. mirandi verbum θαυμάζειν 74_6 epicum esse (σ 411) constat; adiectivum θαυμάσιος 74_2 quod apud Homerum deest legitur in h. Merc. 443 et Hes. Th. 584 (loco ut videtur recentiore). similem notionem habet ἀγαίομαι 25_2: apud Homerum legitur uno loco υ 16 ἀγαιομένου κακὰ ἔργα quo vis suscensendi ei inest, irascendi etiam apud Hes. O. 333. iram Homerus verbis χολόομαι et ἀσχαλάω significat sicut Arch. 95 66_6. praeterea nova habet irae et odii vocabula: versus ille de quo antea egimus χολὴν οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι ad iram pertinere videtur; quo modo χολῆς vocis translata notio praeparatur ab Aeschylo cet. usitata. homo invisus 80 dicitur στυγνός, 178 κύφων, quam vocem pro κακός ὀλέθριος usurpatam esse grammatici testantur. vulpini catuli ab aquila rapti pullisque propositi sunt 38 δεῖπνον αἰηνές; de voce quae antea non legitur egit Kaibel. Soph. El. 153 sq. hominem qui risum movet 94_4 adloquitur πολὺς ἀστοῖσι φαίνεαι γέλως[20]): cachinni nomen γέλως Homericum esse constat. adiectivum γελοῖον 79_1 in-

---

19) 'si recte de Archilocho tradunt, apparet χροαίνειν verbum tunc ita explicatum fuisse ut esset i. q. ἐπιθυμεῖν' Kaibelius.

20) cf Sem. 7_{74} τοιαύτη γυνὴ εἶσιν δι' ἄστεος πᾶσιν ἀνθρώποις γέλως.

venitur, cuius uno quo legitur Homerico loco B 215 forma γελοῖιος est. gloriandi vel iactandi verbum ἀγάλλομαι 6_1 66_1 apud Homerum exstat B 462 P 473 sicut aliud κερτομέειν Arch. 64 B 256 ν 326. praeterea apud Archilochum legitur novum adiectivum γαῦρος 58_3; plane nova notione utitur ἀγέρωχος 154 quod Γ 36 cet. nomen est hominis valde honorati, apud Archilochum ἀκόσμου καὶ ἀλαζόνος. superbiae nomen inde ab Homero ὕβρις est Arch. 88 35, qui 35 imagine utitur ὕβριν ἀθρόην ἀπέφλυσαν: verbum rarissimum ἀποφλύζω in epica poesi non legitur. impudentiam Arch. 78_5 appellat ἀναιδείης nomine epico A 149. multa sunt malorum et rerum adversarum nomina, quae pleraque apud Homerum leguntur, interdum ab Archilocho aliis epithetis efferuntur. τὸ κακόν τὰ κακά creberrimum nomen est; ἀνηκέστοισι κακοῖσιν dicit Arch. 9_5 sicut Hes. Th. 612: etiam apud Homerum translata adiectivi notio extat ἀνήκεστος χόλος O 217. κήδεα στονόεντα 9_1 figura epica est, ι 12; Arch. 66 dicit κήδεα ἀμήχανα, quocum conferas ἀμήχανα ἔργα Θ 130. etiam miseriae nomen διζύς 52 epicum est. praeterea Archilochi sunt duae figurae quae apud Homerum non inveniuntur: homines aquis demersos 10 dicit ἀνιηρὰ Ποσειδάωνος ἄνακτος δῶρα: res adversae apud Homerum non δῶρα vocantur; quamquam ironicam quandam notionem sentimus h. Cer. 147 = 216, cf Theogn. 1033; similiter apud Hesiodum O. 82 85 sq Pandora eo nomine utitur; vocis ξεινήια eundem usum ι 370 certae occasioni adaptatum denuo afferam. dolorem dicit 9_5 αἱματόεν ἕλκος quae figura, cum neque ex Homero neque ex sua dialecto hauserit, ad eius ingenium cognoscendum valet. infelix ab Archilocho 84 δύστηνος vocatur ut ab Homero, Thasum 129 dicit urbem τρὶς οἰζυρήν adiectivo homerico ex analogia figurarum τρὶς μάκαρ τρὶς ὄλβιος aucto. alia nomina nova sunt: ἄνολβος 60 et λιπερνῆτες 50 quorum hoc imprimis ad fortunas spectat. non sine audacia animum ita adhortatur 66 θυμὲ θύμ' ἀμηχάνοισι κήδεσιν κυκώμενε: verbum miscendi vim habet (cf Λ 638 κ 235) ad animum translatam, id quod apparet sententia simillima a Kaibelio mihi indicata Democriti fr 94 N ἀνθρωπίνην βιοτὴν . . πολλῆισι κηρσὶ ξυμπεφυρ-

μένην καὶ ἀμηχανίῃσιν cf Plat. Phaed. 66b; translate Homerus verbo non utitur. Philoctetem serpentis ictu vulneratum Homerus B 723 dicit ἕλκεϊ μοχθίζοντα κακῶι ὀλοόφρονος ὕδρου, levius Archilochus 137 φθειρσὶ μοχθίζοντα. luctus nomen πένθος inde ab Homero notum erat, Archilochus acute dicit 9_{10} γυναικεῖον πένθος: vocem γυναικεῖος addam apud Homerum legi uno loco recentissimo λ 437 γυναικείας διὰ βουλάς, apud Hesiod. O. 753 μηδὲ γυναικείωι λουτρῶι χρόα φαιδρύνεσθαι ἀνέρα. verbum ὀδύρεσθαι epicum Archilochus 66_4 adhibuit ad gravissimum luctum depingendum καταπεσὼν ὀδύρεο.

In hac parte eas res imprimis perlustravimus quae Homeri Archilochique temporibus ut eadem erant celebritate ita iisdem utebantur nominibus. iam cum ad cottidianum vivendi usum ad instituta ad naturae notitiam perquirendam aggressi iis rebus operam damus, quae aut in annos fere commutarentur aut augerentur, multo maiorem etiam nominum novorum inveniemus ubertatem.

De vivendi consuetudine ex ornatu et suppellectile nonnulla discimus; plurima eorum nova esse videbimus. capillorum habitum agnoscimus 29 ἡ δέ οἱ κόμη ὤμους κατεσκίαζε καὶ μετάφρενα [20]). κόμης vox quae 29 30 legitur, etiam in epica poesi adhibetur, sicut alia ἀπεκείρατο χαίτην Ψ 141 146 ω 46 qua utitur Arch. 37 χαίτην ἀπ' ὤμων ἐγκυτὶ κεκαρμένος. e ceteris quae apud epicos poetas non inveniuntur maiorem habitus ornatum et iactationem coepisse intellegimus. non solum diligenter pectendi mos colebatur (ἐκτενισμένοι 165), quem nimium Semonides vituperat 7_{65} αἰεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ βαθεῖαν, ἀνθέμοισιν ἐσκιασμένην. ea igitur mulier semper facit, quod virgo apud Archilochum 29 in die festo celebrando. etiam aliae voces apud Archilochum primum leguntur velut βοστρύχοισι γαῦρον 58 διαβεβοστρυχωμένον 162, amicum cincinnatum [21]) ut κεροπλάστην illudit 57_1, contra 58_2 ducem ὑπεξυρημένον contemnit. hominem quendam βοστρύχοισι γαῦρον videtur 196 τρίχουλον appellasse. feminae unguentis capillos et pectora [22]) de-

21) similis habitus aspicitur in multis vasis antiquioris notae.

22) de hoc more cf e. g. Alc. 36 42.

libuebant: 30 ἐσμυρισμένας κόμας καὶ στῆθος ὡς ἂν καὶ γέρων ἠράσσατο, 31 οὐκ ἂν μύροισι γρηῦς ἐοῦσ' ἠλείφετο: Semonides, quo apertius illius aetatis morem describamus, eidem illi feminarum generi opprobrio dat 7₆₄ καὶ μύροισ' ἀλείφεται: apud Homerum (praeter Venerem et Parin, si credas veteribus) pro unguento oleo utebantur. etiam in suppellectile quaedam inveniuntur nova: vasorum genus quod est ἄγγος Arch. 5 sane apud Homerum Π 643 invenitur, quamquam nullo loco singularis extat; πώματα opercula quibus β 353 amphorae clauduntur etiam Archilochi aetate usitabantur 4₂. alia vasorum genera velut κώθων 4₁ κάδος 4₂ ante Archilochum non inveniuntur, neque vox σωλῆνος (Arch. 5 διὲξ σωλῆνος ἐς ἄγγος). vasculum[23]) ferreum κύρτη commemoratur 177. muscipulae partem cognoscimus 90 ῥόπτρον, quae secundum grammatici testimonium (schol. Ar. Ach. 187 cf Et.M. Suid. s. σκανδ.) σκανδάληθρα dicebatur. de ἵπου nomine postea agendum erit. de cibo et potu etiam in his carminum generibus multa verba fieri neque expectes neque invenies, siquidem praeter vinum nihil fere poetis videbatur commemoratu dignum. homericam figuram legimus οἶνον ἐρυθρόν 4₃ (ε 165; praeter h. Cer. 208 semper in fine versus collocatam); Ismaricum vinum egregium habet et Archilochus 2₂ et Ulixes ι 196 (cf 198 40). μέθυ 78₁ novo utitur epitheto χαλίκρητον quo merum significatur. alio loco Naxium vinum ab Archilocho Nectari comparatum esse audimus 151. quomodo poeta per vinum ad dithyrambum in Bacchi honorem faciendum adduceretur egregium reliquit documentum 77₂ οἶδα διθύραμβον οἴνωι συγκεραυνωθεὶς φρένας. barbarorum cerevisia βρῦτον non sine contemptione in comparatione humili adhibetur 32. militum cibus 2₂ est μάζα μεμαγμένη quod nomen primum legitur apud Hesiodum O. 590; verbi μάσσω non extat exemplum Archilocho vetustius.

Inter eas voces, quae ad instituta publica et civitatem spectant, ab epica poesi alienae praevalent. quasdam epi-

---

23) vel potius ἀγγεῖόν τι οἷον οἰκίσκος ὀρνίθειος (Poll. X 160), cf Herod. I 191 Diod. III 19.

cas postea apud omnes usitatas velut πολῖται (Arch. 50) ἀστοί (9₁ 63₁ 81 94₄) commemorari sufficit. etiam id attigisse satis est Parum ab Archilocho 117 πόλιν dictam esse (cf 129 Θάσον . . τὴν τρὶς οἰζυρὴν πόλιν) eodem modo quo B 677 Cos, Ξ 230 Lemnus insulae. contra nova nomina gravissima sunt. Πανελλήνων nomen B 530 in versu legitur ab Aristarcho damnato ab Apollodoro (ap. Strab. VIII 370) neglecto qui recens esse videtur; quo usus est praeter Hesiodum O. 528 Archilochus 52. nova civitatis forma τυραννίς 25₃ invenitur, cf p 25[5]. etiam in iure dicendo maiorem esse videmus recentioris aetatis ubertatem. pro μάρτυς Homerus π 423 nominativum praebet μάρτυρος, sexies scripturam μάρτυροι a Zenodoto frustra in μάρτυρες mutatam: μάρτυρας legitur h. Merc. 372 μάρτυρα Hes. O. 371, τὸν μάρτυρα apud Archilochum 152. de figura 96₁ ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν antea vidimus. σύμβολον quae vox apud Homerum deest h. Merc. 30 omen significat, quo loco Mercurius quod testudinem invenit σύμβολον vocat; paullum mutata vi Archilochus vocem adhibuit 44 μετέρχομαί σε σύμβολον ποιεύμενος, de quo loco Philochorus ap. sch. Pind. O. XII 10 dicit τὰς ἐκ φήμης μαντείας τουτέστιν κληδόνας καὶ πταρμοὺς ἢ φωνὰς ἢ φήμας ἢ ἀπαντήσεις σύμβολα λέγεσθαι, χρήσασθαι δὲ αὐτοῖς πρώτην Δήμητρα. hospitii symbolum apud Homerum mensa est, quae hospites artissime inter se conectebat, cum ξενίη τράπεζα ξ 158 φ 28 35 sacra haberetur; de sacro convivio hospitali Lycaon Φ 76 sqq Achillem admonet: Archilochus 96 ἅλας τε καὶ τράπεζαν composuit quae apud Homerum non coniunguntur, etiamsi λ 123 (inde ψ 270) ἅλεσσι salis notio inest. furis nomen φηλητής quod apud Homerum non extat in h. Merc. quinquies legitur, apud Hes. O. 375, apud Arch. 46 φηλῆτα νύκτωρ περὶ πόλιν πωλευμένωι (Eust. 1889) traditum est. vitae humanae cursum si sequimur, permultas invenimus voces epicas, paucas novas velut σκελήπερον (?) 193 quam Hesychius νηπίου nomine explicat. iuventutis robur est ἥβη Π 857 Arch. 115. ad nuptias pertinent figurae epicae οἴκαδ' ἄγεσθαι Γ 404 72 = 93 h. 6₁₇, qua Arch. 98 usus est, et γάμον δαίειν Τ 299 . δ 3 λ 415 h. Ven. 141: γάμον μὲν οὐκ

ἐδαισάμην dicit Arch. 99. Minerva Ulixi senis habitum datura eum alloquitur ν 398 κάρψω μὲν χρόα καλόν, quod consilium ν 430 perficit: eodem senectutis indicio Archilochus 100 utitur οὐκέθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα· κάρφεται γὰρ ἤδη. mors in epica poesi saepe verbis θανάτου τέλος circumscribitur, eam effugere est ἐκφυγέειν θάνατον καὶ κῆρα Φ 66 cf Λ 362 Υ 449: Archilochus cum illa figura hoc verbum coniunxit 6₃ ἐξέφυγον θανάτου τέλος, ad quem proxime accedit Homerus ε 326 τέλος θανάτου ἀλεείνων. illam figuram τοίους γὰρ κατὰ κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης ἔκλυσεν 9₃ hoc loco in memoriam revocamus. mortuorum corpora ut Homeri ita Archilochi temporibus cremabantur: ad quem usum pertinet Arch. 12 εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη: de voce ἀμφιπονέομαι postea dicemus. ex magna officiorum copia quae de commercio et quaestu cottidiano comperimus ante omnia proponamus. B 614 de Arcadibus dicitur οὔ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει rei navalis ignaris, τῆισίν τε θαλάσσια ἔργα μέμηλεν ε 67 ad aves maritimas transfertur; de victu maritimo loquitur Arch. 51 ἔα Πάρον καὶ σῦκα κεῖνα καὶ θαλάσσιον βίον. fullonicae prima mentio fit Arch. 169 κέαται δ'ἐν ἴπωι, quam vocem Pollux VII 41 X 135 ita explicat τὸ πιέζον τὰς ἐσθῆτας ἐν τῶι γναφείωι.

Iam animalium plantarumque nomina perlustremus. bestiarum nomen θῆρες 74₇ etiam Homero notum est; θηρίων nomen, 88₃ 89₃, legitur κ 171 180 h. Ven. 4. singula animalia compluria leguntur, e quibus πρόξ 188 uno loco homerico ρ 295 extat; item ὄνος 21 97 non nisi Λ 558 in comparatione adhibetur (v. Hehn. *Kulturpflanzen und Haustiere*[5] 108), quorum numerus posteriore aetate egregie auctus est; apud Archilochum 79 haec legitur comparatio ὥσεί τ' ὄνου Πριηνέος κήλωνος . . ὀτρυγηφάγου: Prienensibus igitur illis temporibus asini erant admissarii; κήλωνος nomen hoc loco primum legitur. ad agros colendos bubus utebantur (βοῦς ἐργάτης 39 ταῦρος 135) etiam Homeri temporibus usitatis. vulpes autem, qui Archilocho notissimus est 86 88 118, in Homero non extat, sed primum in Margita fuit ad quem Zenobius V 68 spectare videtur. cum vulpe in fa-

bula quadam coniungitur πίθηκος 89₃ 91 cuius nomen antea non legitur. alio loco Archilochus secundum Margitae exemplum ἐχῖνον vulpi opposuit 118. aves Homero notae sunt κορῶναι ε 66 quas Archilochus 19₁ 109a Cr. commemorat. praeterea αἰετός quo Arch. 86₂ in fabula utitur P 674 extat; aquilarum genus quoddam πύγαργοι 189 primum invenitur. ut haec avis ne κηρύλος quidem 109a Cr. in epica poesi extat. timiditatem Arch. 106 depingit πτώσσουσαν ὥστε πέρδικα, quae imago diligenti observationi deberi videtur. pisces qui inveniuntur δελφῖνες 74₇ et ἐγχέλυες 101 etiam Homerus novit Φ 22, Φ 203 353. cicada Homerus semel comparationis causa utitur Γ 151 ἀγορηταὶ ἐσθλοί τεττίγεσσι ἐοικότες οἵ τε καθ' ὕλην δενδρέωι ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν: Hesiodus O. 582, quomodo stridor efficiatur exponit ἠχέτα τέττιξ δενδρέωι ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων: aliam eius naturae partem Archilochus 143 indicat, ut Luciani verbis utar, εἰκάζων ἑαυτὸν τῶι τέττιγι φύσει μὲν λάλωι ὄντι καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης, ὁπόταν δὲ τοῦ πτεροῦ ληφθῆι γεγωνότερον βοῶντι. apud Archilochum σάλπιγξ fuit στρόμβου nomen 192: in hoc nomine explicando adiuvamur schol. Lycophr. 250: πρὸ τοῦ εὑρεθῆναι τὴν σάλπιγγα τούτωι (sc. τῶι στρόμβωι) οἱ παλαιοὶ ἐν τῶι πολέμωι ἐχρῶντο. in Homero σάλπιγξ non nisi Σ 219 in comparatione (σαλπίζω de caelo tonante Φ 388) extat, quo loco tubae sono urbis obsessae incolae conclamantur. certum concharum genus χηράμβη apud Archilochum primum 198 invenitur.

Plantarum quae in Archilocho legimus nomina plurima nova sunt. solum enim μήκωνος 108 nomen uno Homeri loco Θ 306 extat. de rosa quid iudicandum sit, difficile est dictu; siquidem ipsa Homero ignota fuisse videtur qui nihil praebet nisi ῥοδοδάκτυλος notum Aurorae cognomen et uno loco Ψ 186 ῥοδόεντι δὲ χρῖεν ἐλαίωι ἀμβροσίωι, de Veneris scilicet oleo. unde recte V. Hehn *Kulturpfl.*[5] 200 conclusisse videtur rosam tum ignotam fuisse, solam famam eius ad Graecorum aures pervenisse, nisi forte Rhodi insulae nomen vetustissimum ei contradicit. secundum ῥοδοδάκτυλος nominis exemplum h. 31₆ (cf Hes.

Th. 247. 251) Aurora ῥοδόπηχυς appellatur qui loci in hac re decernenda nihil valent. Archilochi ipsius fere temporibus rosam in Attica ignotam fuisse Hehnius ex h. Cer. collegit, in quo praeter Oceanitidum nomina Ῥοδεία 419 Ῥοδόπη 422 inveniuntur ῥόδα 6 et ῥοδέαι κάλυκες 427, at inter alios flores in prato florentes. in Cypr. fr 3_4 Ki. legitur ῥόδου τ' ἐνὶ ἄνθεϊ καλῶι, ad quae verba Archilochi 29_2 ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος prope accedunt quo loco primo rosae frutex commemoratur. ficus apud Homerum non occurrit nisi recentioris originis locis ω 246 (Wilamowitz. *Hom. Unt.* p 74) et λ 590 = η 116, quos locos Wilamowitzius ib. 198 169[6] recte Archilocho recentiores habere videtur; σῦκον δ' ἐπὶ σύκωι maturescunt in Antinoi horto η 121. quare Archilochi συκῇ πετραίῃ 19_1 et Paria σῦκα 51 inter prima vocis testimonia habenda sunt; idem nomen Συκοτραγίδης 194 composuit.

Homerus cui vinum usitatissimum, σταφυλῆς nomen notum esse constat, tamen acini nomine non utitur; cuius vetustissimum testimonium est Archilochi 191 qui secundum Ionicam dialectum pro ῥαγός formam ῥωγός scribebat. κοκκυμήλων nomen apud eundem primum 173 legitur. etiam μεσπίλων Archilochus 180 primus mentionem fecit. myrtus quem arborem auctor h. Merc. (81 μυρσινοειδέας ὄζους) novit apud Archilochum 29_1 legitur ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο: quamquam reticendum non est B 616 Elei loci nomen legi Μύρσινος ἐσχατόωσα; myrtus igitur Homeri temporibus notus fuisse videtur [24]).

Ex tota hac materia satis multa discere videmur. siquidem in interioris poetae animi partem hic illic penetravimus quamquam a delectu verborum egressi. invenimus multa in epica poesi inaudita, multa inde recepta: in his ipsis insignem Archilochi libertatem cognovimus etiam iis praetermissis pulcritudinibus, quae sentiendo potius reliquimus. novam autem quaestionem, quae hoc loco oritur, indicare licet, non expedire. consulto inter figuras allatas locos recepi quibus hymnorum vel aliorum

---

24) cf Englerus ap. Hehnium l. s.[6] 229.

carminum auctores simili qua Archilochus novandi libertate uti videntur; quae quanta et qualis sit perquirere magnum censeo, unde varietatem quandam poetarum ostendi posse confidam.

B.

Ad poesin Archilochi melius percipiendam de graviorum quorundam verborum usu nobis agendum est et epicorum et recentiorum. ac primum quidem epicis operam demus; quorum cum plurima in antecedente parte perlustraverimus, hoc loco de iis solum dicendum est, quae notione aut structura aut forma ab Homeri usu differunt: trita autem vocabula quaenam epica sint, ex indice facile videbis. his vocibus eae addendae erunt, quae ab Homero alienae apud Hesiodum aut in hymnis maioribus primum inveniuntur.

Atque notione apud Archilochum hae voces utuntur ab epico usu diversa:

ἀγαίομαι] apud Hom. uno loco legitur υ 16 (κραδίη) τοῦ ἔνδον ὑλάκτει ἀγαιομένου κακὰ ἔργα: irascendi igitur notio verbo inest sicut Hes. O. 333 τῶι δ' ἤτοι Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται. contra apud Arch. 25_2 οὔτ' ἀγαίομαι θεῶν ἔργα invidiae notionem praebet sicut apud Herod. VIII 69 ὅσοι μὲν ἦσαν εὔνοοι τῆι Ἀρτεμισίηι . . . . οἱ δὲ ἀγαιόμενοί τε καὶ φθονέοντες αὐτῆι κτλ. verbum haud dubie Ionicum esse Kaibelius me monet, quocum Herodotus, ne male quis intellegeret, coniunxerit vulgare.

ἀγέρωχος] de vocis apud Homerum Γ 36 cet. Hesiodum fr 33_1 Rz. notione id unum constat nomen id esse honorificum, contra apud Arch. 154 idem fere quod ἀλαζὼν ἄκοσμος. de vocis apud posteros usu alio loco dicemus.

ἀσκός] ἀσκόν inde ab Homero nomen pellis vel cullei esse constat. contra apud Arch. 72 leguntur obscuriora καὶ πεσεῖν δρήστην ἐπ' ἀσκόν κτλ.: secundum schol. Eur. Med. 679 τὸν περὶ τὸν γαστέρα τόπον dicit. eodem loco oraculum legitur Aegeo datum ἀσκοῦ τὸν προὔχοντα ποδάονα . . . μὴ λύσῃς, ad quod Eur. Med. 679 alludit ἀσκοῦ μὲν τὸν προὔχοντα μὴ λῦσαι πόδα κτλ. aliud huius notionis exemplum non invenitur.

γενναῖος] apud Homerum non legitur nisi E 253 οὐ γάρ μοι γενναῖον ἀλυσκάζοντι μάχεσθαι quo loco γενναῖον, ut notis Aristotelis verbis utar, est τὸ μὴ ἐξιστάμενον ἐκ τῆς αὑτοῦ φύσεως. de generis nobilitate Archilochum 107 dixisse πάρελθε, γενναῖος γὰρ εἶς Athen. XIV 653d testatur. eandem vim habet apud Herod. I 146 173 Thuc. Plat. trag.: honestatis nomen a tragicis factum esse videtur.

δῆμος] apud Arch. 184 meretriculae epitheton fuisse traditur. quomodo is usus ortus sit, docet locus M 213 οὐδὲ .. ἔοικεν δῆμον ἐόντα παρὲξ ἀγορευέμεν, quo nomine homo plebeius dicitur. Cyprium feminae publicae nomen δημίη apud Hesychium legitur.

ἔμπλην] apud Arch. 111 ἔμπλην ἐμεῦ γε [τε: Kaibel.] καὶ φίλου notionem χωρίς habet, quam glossam Apoll. Soph. 67 τῶν ἅπαξ εἰρημένων esse dicit. Archilochum imitatus est Callim. h. Del. 72 φεῦγε δ' ὅλη Πελοπηὶς ὅση παρακέκλιται Ἰσθμῶι ἔμπλην Αἰγιαλοῦ γε [τε: Wilam.] καὶ Ἄργεος, unde, id quod Kaibelius me monet, Nic. Ther. 322 κεράων ἔμπλην δέμας ἄμορφον sua hausit. his igitur locis ἔμπλην idem fere est quod πλήν.

κέρας] ἁπαλὸν κέρας Ach. 171 pro αἰδοίου nomine adhibuit; item Melager AP XII 95₆.

κροαίνω] Z 507 = O 264 κροαίνων antiqui (Hesych.) verbis τοῖς ποσὶ κρούων explicabant: apud Arch. 176 verbum idem valuit quod ἐπιθυμεῖν (schol. Ven. A et Par. Z 507), v. p. 59[19].

παραείρω] apud Homerum uno quo extat loco Π 341 ἔσχεθε δ' οἶον δέρμα, παρηέρθη δὲ κάρη genuinam notionem habet ('= παρηνέχθη' Apoll. 128, 23 Hesych.); Archilochus 94₂ τίς σὰς παρήειρε φρένας; tralaticia usus est; cum eadem utatur Oppian. hal. IV 19 παρά τε φρένα πᾶσαν ἀεῖραι μαινομένην neque desint exempla similia Homerica velut Ψ 603 ἐπεὶ οὔ τι παρήορος (νόου παρήορος Arch. 56₅) οὐδ' ἀεσίφρων ἦσθα πάρος· νῦν αὖτε νόον νίκησε νεοίη, etiam verbi παραείρω eadem notio in epica poesi olim extitisse videtur. — cf Hesych. παρηρία· μωρία.

πρόξ] hoc cervi nomen (ρ 295) Arch. 188 ad hominem

timidum transtulit; simile quid A 225 legitur κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο.

σάλπιγξ] Σ 219 σάλπιγξ tuba est ut semper: apud Arch. 192 στρόμβου nomen fuit qua de re antea p 65 egimus.

τρέπω] Arch. 166 ἔτρεψεν simplex adhibuit pro παρέτρεψεν, ἠπάτησεν, qui usus neque apud Homerum neque apud posteriores invenitur.

Ad ea vocabula transimus quorum structura ab Homero diversa est:

ἀμφιπονέομαι] in epica poesi medium verbi usitatum est velut Ψ 681 τὸν μὲν Τυδείδης δουρικλυτὸς ἀμφεπονεῖτο. etiam de funere dicitur Ψ 159 τάδε δ' ἀμφὶ πονησόμεθ' οἷσι μάλιστα κήδεός ἐστι νέκυς quam vim etiam loco recentissimo habet υ 307 πατὴρ τάφον ἀμφεπονεῖτο. medium invenitur postea apud Apoll. R. III 251 ἀμφεπονεῖτο. Herod. II 63 περὶ τὤγαλμα πεπονέαται praebet. contra apud Arch. 12 εἰ κείνου κεφαλὴν καὶ χαρίεντα μέλεα Ἥφαιστος καθαροῖσιν ἐν εἵμασιν ἀμφεπονήθη forma passiva activa notione utitur. rem nobis non cum Archilocho solo esse comprobatur epigrammate 179 K. (Corcyrae reperto, s. VI. in.) in cuius v. 6 legitur Πραξιμένης . . . τόδε σᾶμα κασιγνήτοιο πονήθη: recentioris igitur cuiusdam Ionici sermonis vestigia agnoscimus quae etiam in aliis verbis licet persequi. νοσφίζω verbi aor. med. legitur δ 263 τ 339 579 φ 77 104 λ 425: contra νοσφισθείς non nisi loco recentiore λ 73, cf h. Cer. 92 [25]); apud Arch. 96₁ ὅρκον δ' ἐνοσφίσθης μέγαν item passivum legitur. eadem res est in aoristo verbi ἵσταμαι, qui apud Homerum plerisque locis ἔστην est. passiva forma non legitur nisi ρ 463 ἐστάθη et loco recentissimo λ 243 περιστάθη, quae forma praeterea legitur Hes. Th. 674 κατέσταθεν Arch. 66 κατασταθείς, Sappho 53 Hippocr. V 308 Herod. III 130; cf W. Veitch *Greek Verbs irreg.*[4] 339, Schneiderus Callim. I 353. item in vetustiore Odysseae parte [26]) med. ἐφρασάμην usi-

---

25) Frohwein. verbum Hom. 95. Franke de hymn. Cer. Kil. 1881 p 17. — quod φ 77 104 τ 579 est νοσφισσαμένη τόδε δῶμα κουρίδιον Theogn. 1291 in suum usum vertit πατρὸς νοσφισθεῖσα δόμων, ξανθὴ Ἀταλάντη. cf Theogn. 94.

26) casu media forma πιστώσαντο quae Z 233 Φ 286 legitur in ve-

tatum est (Frohwein l. l. 139 sq): ἐφράσθη legitur non nisi ψ 260 quem versum 'redactor' τ 485 mutuatus est, postea apud Herod. I 84 V 92_{47} VII 46 IX 19 107 IV 76 200; v. Veitch. l. l. p 688 Dittenberger. Herm. 32 p 34.

ἀμώμητος] M 109 (h. 33_{3} Scut. 102) cognomen heroum est. Arch. 6_{2} ἔντος ἀμώμητον vocem ad res transtulit sicut Pind. P 2_{74} καρπὸν ἀμώμητον.

ἀνατρέπω] apud Hom. medium legitur Z 64 Ξ 447: activum primum extat Arch. 56_{3} πολλάκις δ' ἀνατρέπουσι καὶ μάλ' εὖ βεβηκότας ὑπτίους κλίνουσι, postea apud Alc. 25_{2} Herod. I 32 Hippocr. π. ἄρθρ. IV 282, denique apud omnes.

ἀπόπροθεν] vox in epica poesi, quamquam extat, non cum Gen. coniungitur neque apud Theogn. 595 et Apoll. R. I 39; Gen. post Arch. 25_{4} ἀπόπροθεν γάρ ἐστιν ὀφθαλμῶν ἐμῶν non legitur nisi apud Arat. 459 (Quint. Sm. XIV 389).

ἔντος] Arch. 6_{1} ἔντος ἀμώμητον κάλλιπον. singularis in epica poesi non legitur; posteriores voce omnino non usi sunt.

ἐράω] apud Homerum legitur sola media forma velut ἔραμαι Γ 446 ἠρασάμην Ξ 317 ἠράσσατο Υ 223 (item Arch. fr 30); Arch. praebet activam 25_{3} μεγάλης δ' οὐκ ἐρέω τυραννίδος ut Sem. 1_{18} οὐκ ἂν κακῶν ἐρῷμεν. passiva utitur Herod. I 96 ἐρασθεὶς τυραννίδος.

κλίνω] apud Homerum cum Dat. coniungitur Γ 135 ἀσπίσι κεκλιμένοι. Arch. 2

ἐν δορὶ μέν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος
Ἰσμαρικός, πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος

quod cum ἐν coniunxit ceterarum partium analogia ductus esse videtur.

τερπωλή] Arch. 13_{2} τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων 22 καί μ' οὔτ' ἰάμβων οὔτε τερπωλέων μέλει plurali utitur. apud Homerum uno quo legitur loco σ 37 οἵην τερπωλὴν κτλ. singularis extat ut apud Theogn. 984 1068. Ap. R. IV 1166; cf p 43.

Inter vocabula diverso modo formata haec eminent:

---

tustiore Odysseae parte non extat: passiva legitur locis recentioris notae φ 218 ο 436 cf h. Merc. 536.

ἀμφάδην] Arch. 66₁ μήτε . . ἀμφάδην ἀγάλλεο: epicae formae sunt ἀμφαδίην et ἀμφαδά [27]).

γελοῖος] Arch. 79₁ χρῆμά τοι γελοῖον ἐρέω. vox in epica poesi non legitur nisi B 215 quo loco γελοίιος forma extat.

διέξ] vocem cum Gen. coniunxit Arch. 5 διὲξ σωλῆνος ἐς ἄγγος, cum Acc. 164 διὲξ τὸ μύρτον. διέκ forma compluribus Homeri locis extat, φ 299 h. Merc. 158 [28]). apud Hippocr. Herod. Thuc. non nisi in compositionibus extat velut διεκπλέω διεξελᾶν διέξοδος, quae ceteris dialectis alienae ex Iade in κοινήν transisse videntur. Archilochi loci propterea a grammaticis servata sunt, quod ξ ante consonantem praebent; quem usum Ionicum fuisse demonstrari licet. nam idem observatur apud Parmenidem 8, 37 D. πάρεξ τοῦ ἐόντος Herod. πάρεξ τοῦ e. g. I 192₄.₁₄ III 91₁₀ 97₂₀ IGA 491b Roehl. (Cyzic.) παρὲξ ναυ . . ο, v. Kühnerus-Blass. I 1, 297b; etiam in κοινήν transiit; cf Krebsius *die Praepositionsadv. in der späthistor. Gräcität* I (Monaci 1884) p 47. WSchmidt in Fleckeis. ann. suppl. XX 520.

θωιή] trisyllaba forma Archilochus 109 ὡς δ'ἄν σε θωιὴ λάβοι usus est [29]). epica forma θωιή est β 192 N 669 et quidem trisyllaba correpta vocali, v. s. p 57. praeterea nomen non legitur.

ὀρέσκοος] in lexico Messan. de ι adscripto Mus. Rhen. 47, 409 traditur Archilochum pro epica forma ὀρεσκῷιος [l. ὀρ.] hac ὀρέσκοος [l. ὀρ.] usum esse quae ex Aesch. Sept. 532 Eur. Hipp. 1277 Cycl. 247 nota erat.

παράγω] Arch. 78₄ ἀλλά σ' ἡ γαστὴρ νόον τε καὶ φρένας παρήγαγεν εἰς ἀναιδείην. verbum postea pervulgatum in epica poesi ipsum non legitur: contra K 391 invenitur πολλῇσιν μ' ἄτῃσι π α ρ ὲ κ νόον ἤγαγεν cf h. Ven. 36.

---

27) adde ἀμφαδόν epigr. 938a 6 K ἀναφανδόν Herod. I 46 (ἀμφανδόν Pind. P. IX 41 e coniectura).

28) aliis locis velut O 124 σ 386. 101 praeter hanc scripturam alterae μὲν ἐκ καὶ ἐκ διά traduntur quibus veram expellebant.

29) in titulo Locrensi IGA 322 = Coll. II 1479₉ legitur διπλεῖ οἱ θώι' ἔστω [θωιήστω Dittenberger.].

Quaedam vocabula sunt quae et in Archilocho et in hymnis Homericis legantur, contra in Iliade et Odyssea desint. de hymnorum aetate utinam certius constaret: iam ne nimis incerta fiat quaestio, solos tres primos respici necesse est, qui quidem fortasse Archilocho vetustiores sint [30]).

ἄελπτος] Arch. 74_1 χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον. vox igitur significat res non expectatas sicut h. Cer. 219 253 παῖδα ἄελπτον: alia notio voci inest h. Ap. 91 Λητὼ . . ἀέλπτοις ὠδίνεσσι πέπαρτο i. e. nimiis et inauditis. eodem modo quo Arch. voce utuntur Herod. I 111 Bacchyl. III 29 XII 131 Soph. [31]) Ai. 648 Eur. Ion. 1510 Ar. Lys. 256.

θαλίη] Arch. 9_2 θαλίῃς τέρψεται (v. c. III) 13_2 τερπωλὰς καὶ θαλίας ἐφέπων. in Homero vox non legitur nisi λ 603 loco Orphicae originis. praeterea extat h. Merc. 56 454. Hes. Th. 917 65 O. 115 Scut. 284 cet.

θαυμάσιος] Arch. 74_2 χρημάτων οὐδέν ἐστιν . . θαυμάσιον. nomen primum legitur in h. Merc. 443 θαυμασίην τήνδε νεήφατον ὄσσαν Hes. Th. 584 (loc. rec.) πολλὰ . . θαυμάσια. posteriores saepius voce usi sunt.

μάρτυς] apud Homerum π 423 Nom. μάρτυρος, sexies μάρτυροι legitur. μάρτυς forma legitur h. Merc. 372 μάρτυρας Hes. O. 371 ἐπὶ μάρτυρα θέσθαι qua Arch. 152 τὸν μάρτυρα usus est sicut inter alios Hippon. 51_1 σὺν τριοῖσι μάρτυρσιν.

φηλήτης] Arch. 41 φηλῆτα νύκτωρ περὶ πόλιν πωλεύμενε scribunt. nomen primum extat h. Merc. 214 446 67 175 292 Hes. O. 375 πέποιθ' ὅ γε φηλήτῃσι.

χρῆμα] ad pluralem formam inde ab Odyssea (nam in Iliade vox non legitur) pro opum nomine usitatam paullo

---

30) hoc modo omisi haec verba: μέλος cantus nomen Arch. 77_1 [h. Merc. 502 μέλος †, v. Schulzius qu. ep. 205_4] h. 19_{16} Alcm. 78 82 Theogn. 761 Pind. O. IX 1 cet. — σέλμα Arch. 4_1 διὰ σέλματα νηός h. 7_{47} ἐπὶ σέλματος ἄκρου: apud Homerum legitur ἐύσσελμος. — τύχη (Arch.) 16 h. 11_5 δὸς ἄμμι τύχην εὐδαιμονίην τε: Hes. Th. 360 habet nom. pr. Τύχη Oceantidis. — ἔργμα h. 27_{20} 29_{12} 32_{19} etiam in Hesiodi O. legitur, v. infra p 75.

31) Soph. Archilochum ante oculos habuit qui dicit κοὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν, item Ant. 388 ἄναξ βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον.

post altera accessit χρήματος notio, Ionicae ut videtur originis, qua antea eo facilius carebant, cum etiamtunc nomen cum abundantia quadam ad τί vel tale quid adderetur. primum legitur apud Hes. O. 344 τοι καὶ χρῆμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένηται, h. Merc. 332 σπουδαῖον χρῆμα, Arch. 74_1 χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν 79_1 χρῆμά τοι γελοῖον ἐρέω. egregium sermonis copiosioris exemplum est Sem. 6_1, qui Hesiodi verba O. 702

οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληίζετ' ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο

hoc modo repetivit:

γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληίζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

qui χρήματος nominis usus imprimis invenitur in elegiaca poesi, Mimn. 8_2 Sol. 13_{66} Theogn. 86 462 sq 472 596 753, apud philosophos quosdam, Emped. καθ. 364 Democr. fr 189 Eudem. fr 71 ap. Simplic. p 1185_{18} D. alios, de quibus cf Dielsius act. soc. Ber. 1884, 350. postea pro χρῆμα nomen πρᾶγμα adhibebatur, cuius auctoritas adeo crevit, ut χρῆμα in glossae fere locum abiret, cf BKeilius Herm. 23, 380 n. Dielsius l. s. qui factum est, ut in versibus afferendis πρῆγμα pro χρῆμα subderetur, cuius rei exemplum Dielsius l. s. ostendit apud Euenum, qui fr 8 πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ e Theogn. 472 πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ repetit; item Solonis verba 13_{66} χρήματος ἀρχομένου mutata sunt Theogn. 586 πρήγματος ἀρχομένου; quod Arch. 74_1 dixit χρημάτων . . οὐδέν ἐστιν ἀπώμοτον Eupolis I 317 K. ita vertit τί πρᾶγμ' ἀπώμοτον; apud tragicos poetas χρῆμα paucis locis legitur, apud Aesch. quattuor, Soph. sex, Eur. duodecim locis, cet. Herodotus χρήματος nomine interdum utitur, in primo l. quinque, in quinto quattuor locis: πρῆγμα, quod plerumque est i. q. factum, paucis locis (e. g. I 206_{14} V 84_9) χρήματος notionem prae se fert. apud Platonem unum locum ostendit Dielsius[32]), apud oratores Atticos unum Andoc. II 1 Keilius l. s.

---

32) cf Plat. Phaed. 96c ὡς οὐδὲν χρῆμα: ib 72 Anaxagorae fr 1 ὁμοῦ πάντα χρήματα adlaturus ipse dicit κἂν εἰ συγκρίνοιτο μὲν πάντα.

σύμβολον] Arch. 44 προσέρχομαί σε σύμβολον ποιεύμενος i. e. linguae favens secundum Philochorum. in h. Merc. 30 σύμβολον ἤδη μοι μέγ' ὀνήσιμον omen est in re positum ut in epigr. Chalced. 779_8 K. ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης et sic saepius (velut Callim. fr 103_3 122_1).

τλημοσύνη] Arch. 9_1 ἀλλὰ θεοὶ γὰρ ἀνηκέστοισι κακοῖσιν . . ἐπὶ κρατερὴν τλημοσύνην ἔθεσαν. vox τλημοσύνη apud Homerum non legitur, qui Ω 49 similiter dixit τλητὸν γὰρ Μοῖραι θυμὸν θέσαν ἀνθρώποισιν· miseriarum notio voci inest h. Ap. 191 ἀνθρώπων τλημοσύνας ab Archilocho plane aliena vox praeterea non legitur nisi apud Plutarchum et Themistium.

Has recentioris poesis voces si perlustramus, res apparet satis memorabilis. omnes voces praeter ἄελπτος (et τλημοσύνη) leguntur in hymno Merc., θαλίη θαυμάσιος μάρτυς φηλήτης χρῆμα σύμβολον, praeter σύμβολον omnes una apud Hesiodum.

Hesiodus primus his vocibus usus est:
in Theogonia:

ἀψευδής] Arch. 101 Cr. Ζεὺς μάντις ἐν θεοῖσιν ἀψευδέστατος. Hes. Th. 233 Νηρέα ἀψευδέα dicit, unde in Nereidum catalogum Σ 46 Nereis Ἀψευδής pervenit. nomen postea apud Pind. Aesch. Eur. Plat. Herod. sequiores legitur.

ἐφίμερος] Arch. 21_3 οὐ γάρ τι καλὸς χῶρος οὐδ' ἐφίμερος κτλ. Hes. Th. 132 (= Scut. 15) ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου legitur. Archilochi loco simillimus est Sem. 7_{51} κείνηι γὰρ οὔ τι καλὸν οὐδ' ἐπίμερον πρόσεστιν οὐδὲ τερπνὸν οὐδ' ἐράσμιον vox postea legitur Theogn. 993 ἐφίμερον ὕμνον ἀείδειν Aesch. Cho. 840 Soph. OR 1375 denique apud recentissimos poetas.

ζῆλος] nomen primum invenitur Hes. O. 195 ζῆλος ἀνθρώποισιν . . ὁμαρτήσει στυγερώπης, Th. 384 Ζῆλος et Νίκη Stygis liberi afferuntur. Arch. 25_2 οὐδ' εἷλέ πώ με ζῆλος. postea vox apud omnes fere extat.

κατασκιάζω] Arch. 29_3 ἡ δέ οἱ κόμη ὤμους κατεσκίαζε καὶ μετάφρενα. vocabulum non legitur ante Hes. Th. 716 κατὰ

δ' ἐσκίασαν βελέεσσι Τιτῆνας: apud Homerum uno loco μ 436 κατασκιάω invenitur. operiendi vim habet Eur. Ion. 1142 Plat. Tim. 74 d, unde sepeliendi orta est ep. 495_3 K. (item κατασκιῶσι Soph. OC 406).

νόμος] Arch. 133 νόμους δὲ Κρητικοὺς διδάξαι carminum modos dicere videtur. eadem notio invenitur (ut de incerto loco h. Ap. 20 τοι Φοῖβε νόμος βεβλήαται ᾠδῆς taceam) Hes. Th. 66 μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ ἀθανάτων κλείουσιν. leges νόμους dicit Hes. Th. 417 O. 276 388 fr 248. postea vulgare nomen fuit.

τύχη] (Arch.) 16 πάντα τύχη καὶ μοῖρα . . ἀνδρὶ δίδωσιν. apud Hes. Th. 360 Oceani filia Τύχη commemoratur. in h. 11_5 legitur δὸς ἄμμι τύχην. postea vox apud omnes invenitur.

In Operibus et Diebus haec leguntur:

ἔργμα] Arch. 70_3 καὶ φρονεῦσι τοῖ' ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν. ex antecedente sententia apparet ἔργματα idem fere esse quod πράγματα. haec notio invenitur apud Hesiodum [33]) O. 801 ἐπ' ἔργματι τούτωι ἄριστοι h. 27_{20} 29_{12} 32_{19} Sol. 4_{11} = 13_{12} 7 13_{65} = Theogn. 585 Mimn. 7_1 = Theogn. 793, apud Theogn. fere decies, epigr. 249 Hoffm., Pind. Aesch. Eur.; in pedestri oratione non usitatum est praeter Perictyonam ap. Stob. fl. 85, 19 ἐκ τούτων γὰρ ἔργματα καλὰ γίνεται γυναικί.

μάζα] Arch. 2_1 μάζα μεμαγμένη. apud Homerum μάσσειν verbum legitur, μάζα subst. non ante Hes. O. 590 μάζα τ' ἀμολγαίη. postea apud Hippon. 7_1 Herod. I 200 Hippocr. p 4_{21} 7_6 9_2 l.–K. cet. extat ut apud omnes.

μέμφομαι] apud Homerum legitur ἐπιμέμφομαι quinquies. Hes. O. 186 μέμφονται simplex primum habet sicut Arch. 9_2 κήδεα μεμφόμενος (i. e. luctum nihili faciens, cf Hesych. μέμφεται· ἐξουθενεῖ). postea verbum apud omnes usitatum est.

νύκτωρ] Arch. 46 φηλῆτα νύκτωρ περὶ πόλιν πωλευμένωι. primum adverbium extat Hes. O. 177 οὐδέ τι νύκτωρ φθειρόμενοι. apud Hippocr. creberrima vox est: IV 532 542 V 230 VI 388 VIII 42 cet., sicut apud trag. Plat. Xen. Att.,

33) locus Th. 823 corruptus esse videtur.

denique apud posteriores. Homerus pro νύκτωρ dicit νυκτός ἐπὶ νυκτί ἀνὰ νύκτα.

πλέος] Arch. 58₄ καρδίης πλέος. apud Hom. forma πλεῖος usitata est; πλέος extat Hes. O. 792 πλέωι ἤματι Parmen. 9₃ D. πᾶν πλέον ἐστίν Herod. I 178 194 trag. Plat. Xen.; apud Atticos πλέως et πλήρης dicitur.

σείριος] nomen stellae, quod pro sole adhibuit Arch. 61₁ σείριος καταυανεῖ, primum legitur Hes. O. 417 587 609.

hoc loco subiciam vocabulum rarissimum

θέσσασθαι] Arch. 11₂ θεσσάμενοι γλυκερὸν νόστον eo usus est. praeterea legitur in Hesiodeo fr 137 θεσσάμενος γενεὴν Κλεοδαίου κυδαλίμοιο Pind. N. V 10 (ἄρουραν) τὰν εὔανδρον . . θέσσαντο. Hesiodum respicit Apoll. R. I 824 θεσσάμενοι παίδων γένος ὅσσον ἔλειπτο.

Scutum carmen Archilocho recentius hoc loco a me non erat curandum; in quo αὐλητήρ extat, v. p 91.

In hac vocabulorum materia Archilocho cum Hesiodo communium nullum extat, quo comprobari liceat Archilochum illum consulto secutum esse. alia igitur quaeramus, quae de hac quaestione iudicium admittant. atque unum est, unde iure id concludas, quamquam non certissimum. Hesiodus Th. 120 sqq habet [34]) Ἔρος . . λυσιμελής πάντων τε θεῶν πάντων τ' ἀνθρώπων δάμναται ἐν στήθεσσι νόον κτλ. ib. 910 de Gratiis legitur τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβετο δερκομενάων λυσιμελής. eodem epitheto principio de somno dicto υ 57 ψ 343 Archilochus 85 similiter usus est ἀλλά μ' ὁ λυσιμελής . . δάμναται πόθος, i. e. vocem eodem modo ad amorem transtulit quo Hesiodus [35]). cuius concentus vis eo augetur quod etiam δάμναται verbum adhibuit sicut Hesiodus. minorem contra vel nullam auctoritatem concedo alteri argumento post Heyerum a Steitzio (ed. p 2) proposito [36]): nam Hes. O. 213 σὺ δ' ἄκουε δίκης, μηδ' ὕβριν ὄφελλε

---

34) cf Laegerus l. l. p 23.

35) item Sappho 40 ἔρος δ' αὖτέ μ' ὁ λυσιμελής δόνει Hesiodum imitata esse videtur. — Theogn. 838 legitur δίψα . . λυσιμελής.

36) alia quae ille proposuit non sine causa praetereo.

inter se coniunguntur ὕβρις et δίκη sicut apud Archilochum 88

σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾷς
λεωργὰ καὶ θεμιστά, σοὶ δὲ θηρίων
ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει.

sed haec congregatio naturalis est: ut etiam propius ad Archilochum accedunt verba Hes. O. 238 sq οἷς δ' ὕβρις τε μέμηλε κακὴ καὶ σχέτλια ἔργα, τοῖς δὲ δίκην Κρονίδης τεκμαίρεται, cf Theogn. 292 ὕβρις νικήσασα δίκην. sed Hesiodum Archilocho notum fuisse si non comprobetur illo vocis quaesitae λυσιμελής usu, tamen verisimile est et per se et Semonidis Archilocho vix recentioris imitatione exempli Hesiodei: qui e. g. Hesiodum O. 702

οὐ μὲν γάρ τι γυναικὸς ἀνὴρ ληίζετ' ἄμεινον
τῆς ἀγαθῆς, τῆς δ' αὖτε κακῆς οὐ ῥίγιον ἄλλο

his versibus imitatus est fr 6

γυναικὸς οὐδὲν χρῆμ' ἀνὴρ ληίζεται
ἐσθλῆς ἄμεινον οὐδὲ ῥίγιον κακῆς.

Inter eas voces, quae apud Archilochum primum leguntur, primo loco ponimus eas, quae Ionicae dialecti sunt.

διαπλίσσω] Arch. 58_1 ducem quendam vocat διαπεπλιγμένον [διαπεπλεγμ. Dio I 302 A, διαπεπηγμ. Galen t. XVIII 605: corr. Hemst.] i. e. hominem εὐρὺ βεβηκότα, ad pugnam paratum. similem passivi notionem praebet Hesych. s. διαπεπλίχθαι· διηλλάχθαι τὰ σκέλη, καὶ ἀντιβαίνειν, cf Eust. 1564_{53} διαπεπλίχθαι· τὸ περιπλέκειν τοὺς πόδας. activa verbi positio invenitur Hippocr. π. γυν. II, VIII 378 (femina) ἀμφικαθεζομένη καὶ διαπλίξασα θυμιήσθω [87]). ib. p 346 τὸ στόμα εὑρήσεις διαπεπλιχός, cf Hesych. διαπεπλιχώς· διεστώς, κεχηνώς. idem διαπέπλιχε· διαβέβηκε. πλίγματα γὰρ βήματα. etiam passivam formam medicis usitatam fuisse docet Galen. lex. Hipp. διαπεπλιγμένα· τὰ ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν πλιχάδα διεστῶτα· πλιχὰς δὲ τὸ μεταξὺ τῶν σκελῶν τῆς ἐκφύσεως.

---

87) sic optimus cod. Vind. Θ: ἀμφικαθεζ. κατειλίξασα ἑαυτὴν θυμ. vg.

καταυαίνω] Arch. 61 πολλοὺς μὲν αὐτῶν Σείριος καταυανεῖ. verbi rarissimi elementa apud Iones inveniuntur: αὐαίνω in Homero non nisi ι 321. Herod. I 200 Hippocr. VI 198 418 cet. Sol. 4₃₆ (Soph. Xen.), ἐξαυαίνω Herod. IV 151. 173 Hippocr., συναυαίνω Hippocr. VI 198 330 (Eur.). Archilochum imitatus Lycophr. 397 dicit νέκυν δελφῖνος ἀκτὶς Σειρία καθαυανεῖ. praeterea verbo usus est Lucian. am. 12. apud Atticos αὐαίνω non invenitur nisi ap. Aristoph. fr 612 ηὐαινόμην θεώμενος ib. 613 παιδάριον ἐξαυαίνεται Ran. 1089 ἀφηυάνθην Eccl. 146 ἀφαυανθήσομαι.

κεῖ] Archilochum 170 pro ἐκεῖ formam κεῖ adhibuisse grammaticus (Herodian.?) ap. Cram. An. Ox. I 249 tradit. eadem Herodas I 26 κεῖ δ' ἐστὶν οἶκος τῆς θεοῦ usus est. similis forma κεῖνος pro ἐκεῖνος inter Iones pervulgata erat, id quod docet etiam Aristoph. Pac. 46.

κορωνός] Arch. 39 βοῦς ἐστὶν ἡμῖν ἐργάτης ἐν οἰκίῃ κορωνὸς κτλ. translate ab Anacr. 151 homo dicitur κορωνὰ βαίνων. de voce quae praeterea non legitur Weberus Anacreontea diss. Gott. 1895 p 86 egit, qui Sem. 18 καὶ σαῦλα βαίνων ἵππος ὡς κορωνίης conferri iubet.

λείως] Arch. 112 λείως γὰρ οὐδὲν ἐφρόνεον. hoc modo negationem ab Ionibus auctam esse Erotiani constat testimonio p 92₄ Kl. λείως [λίως: Kl.]· τελείως, cuius ope Ilbergius p XXXIII ed. Hippocratis locum Epid II, V 78 restituit, quo οὐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται legebatur; etiam Hesych. λείως· δεινῶς σφόδρα τελείως genuinam formam servavit. apud alios haec vox non legitur; nam illa λείως Hippocr. Epid. V, V 238 Plat. Theaet. 144b cf Herod. II 117, quibus locis 'leniter' est, ab hoc differt.

λιπερνής] ὦ λιπερνῆτες πολῖται Arch. 50 cives suos alloquitur. Archilochum imitatus est Cratinus ἐν Πυτίνῃ I p 73 K. ὦ λιπερνῆτες πολῖται, τἀμὰ δὴ ξυνίετε. pro Aristophanis verbis Pac. 603 ὦ σοφώτατοι γεωργοί, τἀμὰ δὴ ξυνίετε ῥήματ', εἰ κτλ. Diodorus XII 40 haec praebet: ὦ λιπερνῆτες γεωργοί, τἀμά τις ξυνιέτω ῥήματ'. Ionicam vocem dicit Phot. s. v. τὸ δὲ ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς ὅταν παρωιδῶσιν τοὺς Ἴωνας: i. e. in parodia Archilochea. vox apud alios non legitur, nisi quod Callim. fr 66e λιπερνήτης exhibet.

μελεδαίνω] Arch. 8_1 ἐπίρρησιν μελεδαίνων. vox apud Iones usitatissima est: Herod. VIII 115 τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτῶν κατέλειπε ἐπιτάσσων τῇισι πόλισι . . μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν Hippocr. γυν. I, VIII 66 ter ib. 84 86 bis 88 98 ter cet. cf Erotian 97_4 Galenus lex. XIX 121. CIG 8 (in Sigeo prom.) μελεδαίνειν με. cum Gen. coniungitur Hippocr. Prorrh. II, IX 6 sicut Theogn. 1129 πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω, qui 185 infinitivum praebet. Theocrit. 9_{12} Gen., 10_{52} Acc. habet. apud Atticos vox non invenitur.

πλημμύρω] Arch. 97 ἡ δέ οἱ σάθη ὡσεί τ' ὄνου . . ἐπλήμμυρεν. vox Ionica [38]) est; siquidem in Hippocrate π. ἱερ. νουσ. VI 378 382 ita legendum est: ὥστε πλημύρειν [πλημμυρεῖν praebet Littr.] τὸ φλέγμα. ex recentioribus afferre liceat Call. h. Del. 263 χρυσῶι δὲ πλήμυρε βαθὺς Ἰνωπὸς ἑλιχθείς. translate Bacchyl. V 107 dicit κάπρος πλημύρων σθένει. vox apud Atticos non legitur, neque πλημυρίς, quae vox in Odyssea, apud Herod. VIII 129 Hippocr. π. διαιτ. ὀξ. I 141,6 K. cet. adhibetur.

ῥοικός] tres formae vocis distinguntur ῥυβός ῥοικός ῥαιβός: ῥυβός Aeolicam [39]) esse Herodian. ap. Orion. testatur, cf Stephan. de Herod. dialectol. diss. Argent. 1889 p 55. de ῥοικός et ῥαιβός difficillimum est iudicium utraque forma multis locis tradita: sic in Arch. 58_4 καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν ῥοικός legunt schol. Theocr. 4_{49} Galen. XVIII 1 p 537 605: ῥαιβός scripturam praebent Dio I 302 A. et Pollux II 193 in paraphrasi. eadem res est loco Nic. Ther. 788 et apud Hippocratem, in quo nullum sane locum novi quo ῥοικός legatur: de hoc π. ἄρθρ. IV 192 καμπυλώταται δὲ πλευραὶ ἀνθρώπου εἰσὶ ῥαιβοειδέα τρόπον dubito an Littr. recte ῥαιβ. scripserit; siquidem ῥοιβοειδέα scripturam praebent BM quae ῥοικοειδέα esse videtur; H mg. habet ῥυκοειδέα (i. e. ῥοικοειδέα) loco a vetustiore manu scripto [40]); cod. V scriptura nondum nota

---

38) quamquam Πλημμύριον promunturium prope Syracusas situm et Πλημμύριν Rhodiaci prom. nomen nunc usitatum Doricae originis esse videntur.

39) cf titulus Phthiot. II 1447_{16} Collitz.: ἔγγυος τᾶς προξενίας Σάτυρος Ῥόβα.

40) Ilbergius ed. p XXII.

est. Erotiano utraque scriptura nota fuisse videtur: qui cum locum affert p 113_3 (= schol. Vat. 277 p 13_8) praebet ῥαιβοειδέα [ῥεβ. et ῥεμβ. codd.], cf Galenus XIX 134^1 ῥαιβοειδέα. praeterea si me audis aliud lemma 113_{11} ῥυβδοειδέα [l. ῥοικοειδέα] τρόπον ad hunc Hippocratis locum pertinet. quae corruptela pervulgata sanari posse videtur. primum enim extat Gregorii Cor. testimonium, qui inter dialecti Ionicae voces p 554 ῥοικόν affert, cuius testimonii auctoritas augetur glossis Erotiani 113_8 ῥοικώδεα 13_{19} ῥοικόμηροι Galeni p 135 ῥοικά. ab altera parte constat ῥαιβός in recentissima Graecitate vulgatam fuisse: primum legitur τὸ ῥαιβόν apud Aristot. soph. el. 182a 2 (qui 181b 38 ῥοικοῦ exhibet), praeterea apud Nicandr. Lycophr. 262 Galen. VI 322 856; cf ῥαιβόκρανον Leonid. AP VI 35 ῥαιβοσκελῆ Statyll. Flacc. ib. 196 ῥαιβόω Lycophr. Eustath. ῥαιβότης Eustath. ῥαιβηδόν Et.M.701; glossa illa aeolica ῥυβόν ab Orione (cf Et.M.242_2) explicatur τὸ ἐπικαμπὲς ἤτοι ῥαιβόν. contra ῥοικός rarissima vox est; nam praeter illos locos antea allatos non legitur nisi apud Theocrit. IV 49 VII 18. vulgaris igitur forma ῥαιβός et Archilochi et Hippocratis et Nicandri loco, sine dubio tempore satis vestuto, pro rariore ῥοικός irrepsisse videtur. certa tamen res non est: nam in nominibus propriis in titulis servatis eadem dissensio est: Ῥοῖκος (praeter Centaurum [Callim. h. 3_{221} cet.], hominem Cnidium [sch. Ap. R. II 477], Amathusium [Hesych.], nominatus erat Samius artifex [41]) saeculi VII, Ῥοῖκος Φιλίνου invenitur CIA II 945_{15}: sed etiam Ῥαῖβος apud Iones nomen usitatum fuisse videtur, quod legitur IGA Roehl 372, 333 in titulo Styrae invento.

τῖμος] Arch. 78_1 οὔτε τῖμον εἰσενέγκας. vox praeterea legitur apud Herondam VII 78 τὸν τῖμον ἐξεδίφησας Aesch. Cho. 916 ποῦ δῆθ' ὁ τῖμος ὅντιν' ἀντεδεξάμην; [42]) Eustath. p 563_{24} τῖμος παρὰ τῆι κωμωιδίαι τὸ τίμημα potest locum respicere, quo tragicus vel Ionicus poeta respiceretur: nisi

---

41) Hdt. III 60. Bechtelius *Personennamen aus Spitzn.* Comm. soc. Gott. 1898 p 34.

42) ex eadem stirpis forma derivatur adiectivum Ionicum CIG 2058a 61 = I Pont. Eux. Latyschev. n. 16 (Olbiae) προδήλου δὲ ὄντος ἔσεσθαι τιμουστέρου.

(nam p 1148₃₈ Archilocho utitur auctore) de comoedia errat, id quod Kaibelio videtur; τῖμος certe neque apud oratores Atticos neque in comicorum reliquiis invenitur.

τρίχουλος] hoc nomen quo Archilochus 196 usus est praeterea non invenitur, sed eius partes alio modo compositae apud Herod. II 104 οὐλότριχες. iure igitur Iadi vindicatur.

ὑποξυρέω] Arch. 58₂ οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν . . οὐδ' ὑπεξυρημένον. eandem vocem legimus in Herod. III 8 codicum ordine β: κείρονται δὲ περιτρόχαλα ὑποξυροῦντες τοὺς κροτάφους quae scriptura melior videtur esse quam altera κ. δὲ ὑποτρόχαλα περιξυρῶντες. verbum ξυρέω apud Iones saepius legitur velut Herod. II 36 37 65 66 Hippocr. π. νουσ. II, VII 30 32, ἀποξυρέω Herod. V 35 Hippocr. VII 20, παραξυρήσας Hipp. VII 40. contra apud Atticos deest praeter paucos comoediae locos, quibus ξυρέω ἀποξυρέω legitur.

Quibus subiungam ea vocabula quae et in Iade et in κοινῆι adhibentur, ita ut ex Ionum sermone in κοινήν migrasse videantur.

ἀγέρωχος] ab epico nomine ἀγέρωχος Γ 36 cet. Hes. fr 33₁ differt ἀγέρωχος Arch. 154 = ἀλαζών ἄκοσμος, v. s. p 67. eandem notionem apud Aeolenses valuisse Eustathii 314 testimonio apparet qui et Archilochum et Alcaeum fr 120 testes affert. sive ex Aeolica sive ex Ionica dialecto vox in κοινῆς usum transiit, id quod Polybius testatur, de cuius locis cf Krelingius de usu poeticorum et dialect. voc. diss. Traiect. 1886 p 1, quamvis de voce falso iudicaverit.

ἐγκυρέω] epici poetae forma ἐγκύρω utuntur, N 145 ἐνέκυρσε φάλαγξιν Hes. O. 216 ἐγκύρσας ἄτῃσιν. forma ἐγκυρέω primum legitur apud Arch. 70₃ ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν, contra quem Heraclit. fr 5 Byw. pugnat οὐ φρονέουσι τοιαῦτα ⟨οἱ add. Bergk.⟩ πολλοὶ ὁκοίοις [ὁκόσοι: Schleiermach.] ἐγκυρέουσι [ἐγκυρσεύουσιν: Schuster.] οὐδὲ μαθόντες γινώσκουσιν κτλ. apud Atticos non invenitur, nisi quod Antiatticista Bekk. an. p 96 e Cratino (Δηλιάσιν) formam ἐγκυρῆσαι servavit, cf

Suid. Zon. s. v. contra Herodot. (II 82) interdum ea usus est. postea legitur apud Polyb., Dionys. H. ant. R., Arrianum.

κόρτῃ] praeter Arch. 177 κόρτης σιδηρᾶς e vetustioribus scriptoribus unus Herod. I 191 ὡς ἐν κόρτῃ voce usus est. Nicandro praetermisso, qui Al. 625 σχοινίδι κόρτῃ praebet, ad Diodorum κοινῆς testem pervenimus, qui III 19 κόρτας πρὸς ἀλλήλας νενευκυίας exhibet.

οἰδαλέος] Arch. 9₁ οἰδαλέους δ' ἀμφ' ὀδύνῃσ' ἔχομεν πνεύμονας. nomen praeterea non legitur nisi Nic. Al. 210 ἀμφὶ δὲ χείλη οἰδαλέα βρίθοντα περὶ στομάτεσσι βαρύνει, fr 78₈ (Georg.) ap. Athen. II 60 f ubi μύκητες γηγενεῖς enumerantur οἰδαλέων [-έα CE: Kaib.] σύγκολλα βάρη πνιγόεντα μυκήτων, excerpt. ἐκ τῶν Ξενοκράτους p 357 Matthaei πρὸς τοὺς οἰδαλέους καὶ πεπυρωμένους τῶν ὄρχεων, Alex. Trall. 12 p 213. itaque non de imitatione cogitandum, sed vocabulum τῇ κοινῇ tribuendum est.

ῥώξ] pro acini nomine ῥάξ, quod apud Soph. Plat. Aristot. Theophr. extat, Arch. 191 formen ῥώξ adhibuit. eadem forma apud recentissimos testes legitur: LXX Esai. 17₆ ὡς ῥῶγες ἐλαίας (65₈ ὁ ῥὼξ ἐν τῷ βότρυι) Levit. 19₁₀ ῥῶγας τοῦ ἀμπέλωνος Hesych. s. ῥᾶγα: ἣν ἡμεῖς ῥῶγα Ἀττικοὶ ῥᾶγα. fortasse ap. Hippocr. V 416 τὰ οὖλα παρ' ὀδόντας μεγάλα ὡς ῥᾶγες VI 438 οἷον ῥᾶγες πελιδναί eadem forma ῥῶγες restituenda est.

φῦμα] Arch. 136 φῦμα . . . μηρῶν μεταξύ. nomen in Iade extat Herod. III 133 ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔφυ φῦμα Hippocr. progn. 23 I 103₁₈ Kühl. φύματος συστραφέντος ἐν τῷ ἔξω χωρίῳ Epid. III, I 225₂ 226₂₁ 228₁ K. Aphor. 7, 8 IV 580 L. cet. nomine praeterea Plato Aristot. Theophr. Polyb. alii usi sunt: apud Atticos comicos et oratores non invenitur.

Praeter Ἰάδος et κοινῆς testes praesto sunt Euripides et Plato in hac voce:

ἀμοιβή] apud Homerum γ 58 α 318 μ 382 Hes. O. 334 Sapph. 58 Theogn. 1263 piaculum est; praeterea vox legitur apud Euripidem (decies fere) Herod. Plat., praeterea in κοινῇ (NT, LXX): apud Atticos deest. Arch. 159 voci notionem inesse Pollux VI 187 dicit ab hac vulgari diversam, item apud Eurip. Or. 841 σφάγιον ἔθετο ματέρα πατρῴων

παθέων ἀμοιβάν. ultionis igitur vim hoc loco habet, eandem fortasse apud Archilochum. Etiam has voces addi liceat, cuius testis accedit Sophocles vel Euripides:

ἐργάτης] nomen agricolae vulgare est, apud Herod. IV 109 V 6 trag. Atticos et in κοινῇ (NT LXX cet.). praeterea bovis aliorumve animalium cognomen est: Arch. 39_1 βοῦς ἐστιν ἡμῖν ἐργάτης ἐν οἰκίῃ. item ap. Soph. fr 138_3 N. (satyr.) βοῦς ἐργάτης ἐργάζεται et in κοινῇ: Polyb. III 93, 4 ἐργατῶν βοῶν. Aristot. vocem in nominis usum vertit h. a. 627b 38 628a 2.

στυγνός] Arch. 80 φιλέειν στυγνόν περ ἐόντα. vox apud Aesch. et Soph. quinis fere, apud Eur. quindecim locis extat, praeterea apud Xenophontem. apud Atticos deest. contra in κοινῇ invenitur: LXX Ies. 57_{17} Sap. 17_6; στυγνότης legitur apud Polyb., στυγνάζω NT cet.

Plura sunt ea vocabula quae et in Iade et in tragica poesi vel apud Platonem Xenophontemque leguntur, contra apud genuinae Atthidos scriptores non inveniuntur. primo loco ea pono, quae praeter Iada non nisi apud tragicos extant.

ἄκομψον] Hesych. (cf Suid. s. v.) glossam Archilocheam 158 servavit ἄκομψον quam explicat ἀπάνουργον ἁπλοῦν. eadem utitur Eur. Hipp. 986 ἐγὼ δ' ἄκομψος εἰς ὄχλον δοῦναι λόγον, quem auctor Christ. Pat. 262 ἄκομψος ἐκφέρειν μυστήρια secutus est. vocem quae apud alios non legitur Euripides ex Archilocho mutuatus esse videtur.

ἀναστένω] Arch. 9_2 ἕλκος ἀναστένομεν. inde ab Homero usitata erant verba ἀναστενάχω ἀναστεναχίζω, quo ut pedestri orationi adaptato etiam Herod. I 86 ἀναστενάξαντα usus est. ἀναστένω apud tragicos solos (Aesch. Soph. binis Eur. sex locis) et Apoll. R. I 1138 extat.

ἄνολβος] item apud poetas solos legitur. Arch. 60 στρατόν dicit ἄνολβον. Herod. I 85 oraculum affert de Croesi filio datum αὐδήσει ἐν ἤματι πρῶτον ἀνόλβωι. ne in tragica quidem poesi vox crebra fuit: nam legitur apud Aesch.

Eum. 550 Soph. Ant. 1026 Ai. 1156 Eur. quater, postea apud Aratum 1073.

ἀνταμείβομαι] verbum apud Arch. 65_2 rependendi vim habet τὸν κακῶς με δρῶντα δεινοῖσ' ἀνταμείβεσθαι κακοῖς, commutandi 74_7 ὅταν δελφῖσι θῆρες ἀνταμείψωνται νομὸν ἐνάλιον. apud Homerum legitur verbum simplex ἀμείβομαι respondendi notione insigne, de cuius usu v. Rutherford. in Novo Phrynicho 187_1: eadem notione utitur verbum ἀνταμείβομαι apud Herod. IX 79 ἀνταμείβετο τοισίδε et tribus Sophoclis quattuor Euripidis locis: apud Atticos omnino non legitur. contra Aeschylus Archilochum imitatus est

Sept. 1049 παθὼν κακῶς κακοῖσιν ἀντημείβετο.

Cho. 123 πῶς δ' οὐ (sc. εὐσεβῆ) τὸν ἐχθρὸν ἀνταμείβεσθαι κακοῖς; Atticos hac voce usos esse non verisimile est, etiamsi Ar. Thesm. 723 dicit ἀνταμειψόμεθα σ' . . ἀντὶ τῶνδε, cum praeterea non legatur. apud Herodotum idem valet simplex I 41 in oratione ὀφείλεις ἐμεῦ προποιήσαντος χρηστὰ ἔς σε χρηστοῖσί με ἀμείβεσθαι.

ἀποθρίζω] Arch. 138 ἶνας δὲ μεδέων ἀπέθρισεν. verbum apud trag. non legitur nisi apud Eur., qui eo Hel. 1204 κόμας . . ἀπέθρισας Or. 128 ἀπέθρισεν τρίχας usus est; v. thesaurus et Schulzius qu. ep. 64_1. addo Callimachum in fr in Et. Gen. servato (Reitzensteinius ind. lect. Rostoch. 90/91 p 12_9 Mill. misc. 99) κεῖθι γὰρ ὧι τὰ γονῆος ἀπέθρισεν (ζάγκλον) κτλ. verbo in eadem re qua Archilochum usum esse.

αὐόνη] Arch. 125 κακήν σφιν Ζεὺς ἔδωκεν αὐόνην nomen ξηρότητος est (Et. Gen. Fl. s. v.), sicut Aesch. Eum. 327 de Erinyum cantu dicit ὕμνος ἐξ Ἐρινύων . . αὐονὰ βροτοῖς, quem locum schol. explicat ὁ ξηραίνων τοὺς βροτούς. clangoris nomen est Sem. 7_{20} quo loco de femina legitur e cane facta ἄπρηκτον αὐονὴν ἔχει, si quidem recte traditum.

γαῦρος] Arch. 58_2 ducem dicit βοστρύχοισι γαῦρον. e tragicis poetis unus Euripides voce usus est sex fere locis in quibus Suppl. 862 ὄλβωι γαῦρος Philoct. fr 788 οὐδὲν γὰρ οὕτω γαῦρον ὡς ἀνὴρ ἔφυ. vocem Ar. Ram. 282 repetivit in Philoctetis loci parodia: οὐδὲν γὰρ ὧδε γαῦρόν ἐσθ' ὡς Ἡρακλῆς. apud genuinae Atthidos testes non legitur.

ἐλαφρίζω] Arch. 87_3 ἐν τῶι (sc. πάγωι) κάθημαι σὴν ἐλα-

φρίζων μάχην. est autem 'contemno tuam pugnam', περὶ ἐλαφροῦ, ἐν ἐλαφρῶι ποιοῦμαι. intransitivam hanc verbi notionem habemus apud Eur. fr 530₈ ὡς ἐλαφρίζον γόνυ ἔχοιεν. vox poetica praeterea invenitur apud Callim. h. Del. 115 Opp. Cyn. I 85 Anytam ap. Poll. V 48.

θεμιστός] Arch. 88 σὺ δ' ἔργ' ἐπ' ἀνθρώπων ὁρᾶις λεωργὰ καὶ θεμιστά. scriptura tradita κἀθέμιστα iure mutata est, id quod ex sententia sequenti apparet σοὶ δὲ θηρίων ὕβρις τε καὶ δίκη μέλει. accedit Hesychi glossa θεμιστά· ἔννομα, νόμιμα. vulgaris adiectivi forma θεμιτός in h. Cer. 207 primum legitur, contra ἀθέμιστος Homero notum est. θεμιστός formam post Archilochum Aeschylus adhibuit Sept. 681 αἵματος οὐ θεμιστοῦ Cho. 645 παρεκβάντες οὐ θεμιστῶς [ἀθεμ. α in ου mutata M].

μηλοτρόφος] Arch. 26 Ἀσίης καρτερὸς μηλοτρόφου. nomen legitur in oraculo Herod. IV 155 ἐς Λιβύην . . μηλοτρόφον 157 Λιβύην μηλοτρόφον. eodem usus est Bacchyl. X 95 Ἀρκαδίαν μηλοτρόφον. Asiae cognomen est ut apud Archilochum ita apud Aesch. Pers. 763 ἁπάσης Ἀσίδος μηλοτρόφου.

ὀξύη] arboris pro hastae nomine posuit Arch. 186 ὀξύη ποτᾶτο, quem secutus est Eur. Heraclid. 727 χειρὶ δ' ἔχθες ὀξύην.

χαρτός] Arch. 66₆ χαρτοῖσίν τε χαῖρε κτλ. voce postea usi sunt Soph. El. 1457 εἴ σοι χαρτὰ τυγχάνει τάδε Trach. 228 Eur. Phoen. 627 χαῖρε. 'χαρτὰ γοῦν πάσχω'. praeterea non invenitur.

χοιράς] Arch. 128 ἀμυδρὴν χοιράδ' ἐξαλευόμενος. voce usi sunt Herod. II 29 Herondas fr 13 Cr. Theogn. 576, inter tragicos Aesch. Pers. 421 Eum. 9 Eur. Tr. 89 Andr. 1254, denique sequiores poetae.

Interdum praeter tragicos poetas Platonem vel Xenophontem videmus vocibus Archilocheis uti ab Atticis oratoribus et comoedia alienis.

ἀγκάλη] Arch. 23 κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. de comicorum locis Ar. Ran. 704 Nausicr. II 295 K antea p 51 sq egimus. eadem translata notio invenitur apud poetam anonym. ap. Aristox. Oxyrh. Pap. I p 15 ἔνθα δὴ ποικίλων ἀνθέων ἄμβροτοι λείμακες βαθύσκιον παρ' ἄλσος ἁβροπαρθένους εὐιώτας χοροὺς ἀγκάλαις δέχονται. praeterea vox legitur ap. Aesch. Cho. 586

πόντιαι ἀγκάλαι Eur. Hel. 1061 1435 πελαγίους (-ας) ἐς ἀγκάλας cf Or. 137, qui ea aliis locis pro brachii nomine[43]) usi sunt, apud Plat. et Xen.

λεωργός] Arch. 88₃ ἔργα . . λεωργὰ καὶ θεμιστά. eodem vocabulo usus est Aesch. Prom. 5 τόνδε . . τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι et Xen. mem. I 3, 9 θερμουργότατος καὶ λεωργότατος.

Hoc loco vocem addam quae post Archilochum apud Thuc. Plat., non apud tragicos poetas invenitur, tamen ab Attico sermone abhorret:

ἀμυδρός] Arch. 128 ἀμυδρὴν χοιράδ' ἐξαλεύμενος. vox apud Atticos usui non fuit. neque enim dubium est, quin locus [Demosth.] 59,76 στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα τὰ γεγραμμένα originem prae se ferat Thucydideam, qui VI 54 praebet (τοὐπίγραμμα) ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν ἀμυδροῖς γράμμασιν λέγον τάδε κτλ. Plato voce usus est Phaedr. 250b δι' ἀμυδρῶν ὀργάνων . . θεῶνται cf [Plat.] Epin. 985b θαῦμα κατ' ἀμυδρὰν ὄψιν παρεχόμενον[44]).

De vocibus Iadi cum Atthidi communibus acturis nobis non iam eadem plena enumeratione opus est. ea igitur vocabula curari satis est, de quibus graves locos aut aliud novi afferi liceat.

ἀμισθί] primum apud Arch. 41 legitur ἀμισθὶ γάρ σε πάμπαν οὐ διάξομεν, postea apud Eur. Tro. 409, in cuius fr 978 scriptura incerta est. apud Demosth. 24, 99 ἀμισθὶ ταῦτα ποιήσομεν scriptura ἀμισθεὶ in YO legitur quae falsa videtur: cf Antigoni epistula ad Teios missa in Dittenb. Syll.[2] 177₆ [ἅπασι δοθῆναι ο]ἰκίαν τοῖς Λεβεδίοις ἀμισθί, Meisterhansius[2] p 115 n. 1054.

ἀπώμοτον] Arch. 74 χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον. simillima est Sophoclis sententia Ant. 388 ἄναξ βροτοῖσιν οὐδέν ἐστ' ἀπώμοτον, de qua antea diximus. inter Atticos comicos invenitur apud Eupol. I 317 K τί . . πρᾶγμ'

43) brachii nomen etiam in κοινῇ legitur NT (Luc 2_{28}) LXX (Prov. 5_{20} cet.).

44) postea apud Nic. Ther. 358 158 195 et Plutarch. legitur.

ἀπώμοτον: Phrynichus in praep. recepit ἀπώμοτον πρᾶγμα Bekk. an. 59₃, cf Kaibelius de Phrynicho soph. p 8.

εὐήθης] Arch. 19₂ εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη. nomen quod in epica poesi deest de rebus dicitur apud Herod. I 60 πρῆγμα εὐηθέστατον II 45 Hippocr. π. ἀρχ. ἰητρ. I 8₁₂ I.-Kühl. π. δ. ὁ 128₁₇ Epid. VI, V 334 L. π. γυν. VIII 262 (de morbis) cf Thuc. III 83 τὸ εὔηθες. apud Atticos dicitur et de rebus velut Aristoph. fr 671 εὐήθη νόμον et de hominibus (Plat.) Demosth. Lys. Archilochum respicit Hesych. εὐήθης γυνή· καλὰς ὑπ' αὐτὸ † (ὑφ' ἑαυτῇ?) ἔχουσα διατριβάς.

κάδος] Arch. 4₂ πώματ' ἄφελκε κάδων. de voce egit Weberus l. l. p 80. nomen invenitur et apud Iones velut Anacr. 17₂ Herondam V 11 cf Clitarchus ap. Athen. XI 473 b et apud Atticos comicos a Webero citatos sicut apud Demosth. 21, 133.

κηλέω] Arch. 112a Cr. κηλ[εῖ]ται δ'ὅτις ἐστὶν ἀοιδαῖς. verbum extat apud Euripidem Alc. 360 I. A. 1213 Plat. Xen. etiam Attici sermonis fuisse vocem docet Demosth. X 49 54 Aeschin. I 191 [III 228].

κτενίζω] Arch. 165 glossam adhibuit ἐκτενισμένοι. eodem verbo usi sunt Sem. 7₆₅ αἰεὶ δὲ χαίτην ἐκτενισμένην φορεῖ Herod. VII 208 τὰς κόμας κτενιζομένους Asius fr 13₁ Ki. ὅπως πλοκάμους κτενίσαιντο. Atticorum com. duos locos Pollux II 34 una cum Archilocheo servavit Anaxil. II 275 K. Aristoph. fr 603 K.

μάσσω] Arch. 2₁ μᾶζα μεμαγμένη. vox apud Iones saepius legitur velut Herod. I 200 μᾶζαν μαξάμενος, cf Thuc. IV 16 σῖτον μεμαγμένον. etiam in Hippocrate fuisse Galenus gl. Hipp. XIX 120 testatur μάσσειν· οὐ μόνον τὸ ἀναδεύειν ἢ φυρᾶν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκθλίβειν κτλ., quos locos ego praetervidi; sed cf κεφ. τρωμ. III 236 L ἐν ὄξει διαμάσσειν [: δὲ μάσσειν BCMN]. praeterea legitur apud Soph. Xen.; inter Atticos Aristophanes crebro voce usus est.

μεσημβρίη] Arch. 74₄ Ζεὺς . . ἐκ μεσημβρίης [-ίας tr.] ἔθηκε νύκτ' κτλ. in Herodoti editionibus μεσαμβρίη scribitur, de qua forma v. Hoffmannus *Gr. Dial.* III 243. contra in Hippocraticis scriptis res omnino incerta est: sane VI 148 bis in θ legitur μεσαμβρ. [: μεσημβρ. cet.], sed π. διαιτ. II,

VI 528 bis μεσημβρίην[45]), item μεσημβρίην et μεσημβρίης ib. 532 γυν. I, VIII 62 216 praebent omnes codices Littraei, in quibus θ. cf epigr. 441₃ K. (II. vel III. saec., in Syria rep.) μεσημβρίη τε, Thuc. VI 100 μεσημβρίαι II 28 μεσημβρίαν habet. etiam apud Aesch. μεσημβρία forma legitur. Attica forma eadem est μεσημβρία, quae legitur Aristoph. Vesp. 500 Av. 1500.

μέσπιλον] Arch. 180 μέσπιλα a Polluce servatum est VI 80; at quod ille dicit alterum μεσπίλων nomen ὄα esse, errare videtur. aperte enim differuntur [Hippocr.] π. διαιτ. ὀξ. I 172₂₀ I.-K. ὕδωρ ἀπὸ μεσπίλων ἢ μύρτων ἢ οὔων. π. διαιτ. II, VI 562 οὖα δὲ καὶ μέσπιλα καὶ κράνια. nomen etiam ap. Atticos usitatum erat: Eubul. II 190 K. haec dicit: ἐν τῶι γὰρ αὐτῶι πάνθ' ὁμοῦ πωλήσεται ἐν ταῖς Ἀθήναις . . . μέσπιλα. de Amphide II 247 fr 38 K. cf Hehnius *Kulturpfl.*[5] 328.

μύρον] Arch. 31 οὐκ ἂν μύροισι γρηῦς ἐοῦσ' ἠλείφετο. nomen apud Iones saepissime legitur velut Sem. 7₆₄ 16₁ Anacr. 9₃, cf Weberus l. c. p 89, Hippocr. V 174 VI 346 VII 322 336 348 352 VIII 160 cet.; item apud Atticos comicos saepissime legitur velut apud Aristoph. Anaxilam Archestr. Artoxerxem.

προτείνω] Arch. 130 προτείνω χεῖρα καὶ προίσσομαι. eodem modo dicit Herod. I 45 προτείνων τὰς χεῖρας VII 233 χεῖρας . . προέτεινον. vox non solum apud Plat. Xen. (in trag. non nisi translate), sed etiam apud Atticos (Isocr. Dem.) legitur.

πυγή] Arch. 91 τοιήνδε δ' ὦ πίθηκε τὴν πυγὴν ἔχων. in Ionico pedestri sermone τὸ πυγαῖον (sc. μέρος) nomen pervulgatum legitur apud Herod. II 76 Hippocr. IV 246 248 256 VI 240 cet: contra in libello π. φυσ. παιδ. VII 490 πρὸς πυγὴν πηδῆσαι [al. πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι πυγήν] legitur. voci etiam in comoedia Attica locum esse notum est.

τρύξ] Arch. 4₃ ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός· οὐδὲ γὰρ ἡμεῖς νήφειν κτλ. e sententiarum conexu apparet τρύγα hoc loco non esse mustum aliquem sicut Sem. 25 ἀρυστῆρα τρυγός Anacr. 41₂ (cf Weberus Anacr. p 98) Hippocr. π. διαιτ. II,

---

45) nisi quod priore loco -ίαν in θ cum aliis legitur.

VI 556 αἱ τρύγες στεμφυλίτιδες, π. νουσ. III, VII 158 τρύγες στεμφυλίτιδες σταφιδευταῖαι ὑδαρέες, sed faecis nomen: idem legitur saepius apud Hippocr. velut Epid. V, V 248 ib. VII, V 430 διὰ τοὺς ἐμέτους τρὺξ μαλθακὴ ἦλθε, π. ὑγρ. χρήσ. VI 128 ταῦτα καὶ τρὺξ ὄξους ποιέει, π. συριγγ. VI 456 περινίψαι τρυγὶ κεκαυμένηι, γυν. I, VIII 128 κλύζειν . . τῶι ἀπὸ τῆς τρυγὸς κτλ. ib. 160 τρύγα ξηρὴν ἐξ οἴνου παλαιοῦ λευκοῦ καίειν καὶ οἴνωι σβέσαι. etiam faecis notionem apud Atticos comicos inveniri constat.

χολή] Arch. 131 χολὴν γὰρ οὐκ ἔχεις ἐφ' ἥπατι. vox legitur apud Hipponact. 55A Hippocr. π. ἀρχ. ἰητρ. 19 p 23 I.-K. π. ἀ. ὑ. τ. 10 p 52 I.-K. Progn. ib. p 91 cet., praeterea apud tragicos et apud Atticos, denique apud omnes.

Praeterea pauca sunt vocabula, quae apud genuinae Atthidos scriptores tam raro legantur, ut de cottidiano eorum in Atthide usu dubitandum sit.

ἄζυξ] Arch. 157 voce ἄζυγα usus est, quae ab Hesych. s. v. ἄζευκτον explicatur. cum de Archilochi loco nihil aliud traditum sit, nescimus utrum propriam ille adhibuerit notionem sicut Bacchyl. 10_{103} βοῦς ἄζυγας 15_{20} ἄζυγα .. βοῦν, an translatam, qua usus Euripides virgines nuptiarum expertes dicit Hipp. 1423 κόραι . . ἄζυγες γάμων, cf I. A. 805 Med. 673. apud Atticos non legitur nisi apud Ar. Thesm. 1139 (chor.) παρθένον ἄζυγα κούρην et Eupol. I 359 K.

ἀθροίζω] vox primum legitur apud Arch. 60 πῆι . . ἀθροΐζεται στρατός; 104_1 πρὸς ἄεθλα δῆμος ἠθροΐζετο. eadem legitur ap. Herod. non nisi IV 195 V 101, saepius apud Hippocr. velut π. παθ. VI 210 ὅταν φλέγμα . . ἀθροισθῆι, π. αἱμορρ. VI 436 αἵματος ἀθροιζομένου, π. φυσ. παιδ. VII 486 Thuc. VI 44. cf Aesch. Pers. 414 Soph. OR 144 Eur. (vicies fere) Plat. Xen. apud Atticos autem rara est, quam saepe ei locum esse credideris: Isocr. VIII 89 πόλιν . . πολλοὺς πολίτας ἀθροίζουσαν IV 44 ἀθροισθέντων [: ἀθρ. cod. Γ] τῶν Ἑλλήνων Dem. 3, 18 ἀθροίσαντ' ἐν ὀλίγωι Posidipp. III 344 K. Athenion. III 370 v. 37; etiam κοινῆς testes extant (Diod. III 19 NT LXX).

χλόη] Arch.* 108 ναὶ ναὶ μὰ μήκωνος χλόην. sicut totum

hoc iusiurandum (Athen. IX 370b) nomen Ionicum est; quod legitur Herod. IV 34 et Hippocr. π. παθ. VI 250 χλόης γλήχωνος . . ὀλίγον; extat etiam apud Euripidem (septem l.) Plat. Xen.; apud Atticos non invenitur nisi Aristoph. fr. 1_5 142_3 222_5 et Sotad. II 448 K. v. 7 9 32.

Quattuor extant vocabula quae, quamquam et apud Iones et apud Atticos inveniuntur, tamen Ionica forma utuntur ab Attica diversa.

μυρσίνη] Ionica forma μυρσίνη est, cf Hoffmannus *Gr. Dial.* III 567. h. Merc. 81 μυρσινοειδέας ὄζους legitur. μυρσίνη primum extat apud Arch. 29_1 ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο. eadem forma utitur Herod. I 132 IV 195 VII 54 VIII 99 Hippocr. π. ἑλκ. VI 424 μυρσίνης [μυρρ. tr.] ἀγρίης ῥίζας, π. συρίγγ. VI 456 ὕδατι ἀπὸ μυρσίνης, π. γυν. φυσ. VII 374 μυρσίνης φύλλα ξηρά, π. γυν. II, VIII 380 μυρσίνης φύλλα μελαίνης cet. Attica forma est μυρρίνη, quae apud Aristoph. Diphil. alios legitur.

ῥυσμός] Arch. 66_7 γίγνωσκε δ' οἷος ῥυσμὸς ἀνθρώπους ἔχει. iure editores formam ῥυσμός receperunt, quae in Stob. codice S et ed. Trinc. traditur, dum MA vulgarem ῥυθμός exhibent. quantum scio omnes ita iudicant, etiam Hoffmannus p 105 566, qui p 599 ῥυθμός praeferre videtur. de voce egerunt Weberus Anacr. p 95 et Hoffm. p 599, quibus quid addam non habeo.

σμικρός] de hac forma, quae apud Arch. 58_3 ἀλλά μοι σμικρός [σμ. Erot. p 14: μικρ. Galen. XVIII 1, 537] τις εἴη legitur, Hoffmannus l. c. p 565 egit.

σμυρίζω] Arch. 30_1 in fine versus habet ἐσμυρισμένας κόμας. Iones ut videtur et μυρίζω (Herod. I 195) et σμυρίζω forma usi sunt, sicut et σμύρνη et μύρον apud eos legitur, v. Hoffm. l. c. p 566. Hesych. exhibet glossas ἐσμυριγμέναι, quae quo pertineat nescio, et bis ἐσμυρνισμένον, quae eu. Marc. XV 23 respicere videtur.

Iam de eorum quae restant vocabulorum gravissimis pauca exponam.

ἀγρέω] ab illo ἄγρει homerico pro ἄγε usitato aliud

verbum differt, quod capiendi notionem prae se fert. quod et Aeolicum est (v. Schulzius *Goett. gel. Anz.* 1897, 885), cf Sappho 2_{14} τρόμος δὲ παῖσαν ἄγρει, et Ionicum: nam ita apud Arch. 4_3 legitur ἄγρει δ' οἶνον ἐρυθρὸν ἀπὸ τρυγός. postea verbo usus est Aesch. Ag. 126 χρόνωι μὲν ἀγρεῖ Πριάμου πόλιν ἅδε κέλευθος, ut de Callimacho Nicandro aliis taceam.

ἀελπτίη] Arch. 54_3 κιχάνει δ' ἐξ ἀελπτίης φόβος. cf Hesych. ἐξ ἀελπτίης· ἐξ ἀνελπίστου. eodem nomine usus est Pind. P. XII 31 χρόνος . . καί τιν' ἀελπτίαι βαλών.

ἀμφιδέδρομεν] Arch. 40 αὐλὴν ἕρκος ἀμφιδέδρομεν. apud Homerum hoc vocabulum non extat, qui habet et περίδρομος adiectivum E 728 B 812 et similem ac Archilochus usum ἀναδέδρομε πέτρη ε 412 = κ 4. in Scuto 224 legitur ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε. ipsam formam ἀμφιδέδρομεν translata notione praebet Sem. 7_{89} (bonam feminam) ἀμφιδέδρομεν χάρις, similem Pind. P. III 39 σέλας δ' ἀμφέδραμεν λάβρον Ἀφαίστου. apud Atticos formae δέδρομα ἀμφιδέδρομα non leguntur.

ἀποσκολύπτειν] hoc verbo post Arch. 126 πάντ' ἄνδρ' ἀποσκολύπτειν unus Sophocles fr 390 usus est ἐν Μώμωι fab. satyr.

αὐλητήρ] Arch. 123 ἄιδων ὑπ' αὐλητῆρος. forma in -τήρ praeterea legitur in Scuto 283 (unde 299) ὑπ' αὐλητῆρι . . ἔκιον Theogn. 533 825 943 975 1041 1065 adesp. fr 7 B^4. praeterea legitur uno Aristophanis loco fr 566 K. τὸν Φρύγα τὸν αὐλητῆρα τὸν Σαβάζιον et Lycophr. 234. apud Iones tales formae imprimis usitatae fuisse videntur, cuius usus quae mihi adsunt exempla dabo imperfecta quaestione: συνοικητῆρα Sem. 7_{108}, θηητήρ [al. θηρητήρ] φ 397, θηρητῆρες post, Homerum Democrit. fr 109 N., ῥητήρ I 443 μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Hippon. fr 63_1 ῥητὴρ κνεφαῖος, καταρτιστῆρα Herod. IV 161 V 28 ἀροτήρ IV 17 λευστήρ V 67.

δαίμων] Arch. 3_4 ταύτης γὰρ κεῖνοι δαίμονές εἰσι μάχης. apparet igitur vocem δαίμων idem valere quod δαήμων inde ab Homero usitatam. haec forma, quae apud Archilochum propter metrum flagitatur, certo Platonis testimonio [46])

[46]) incertum de Heraclit. fr 97 Byw. esse iudicium Schulzius me monet.

Cratyl. 398b defenditur, v. W. Schulze *Kuhns Zeitschr.* XXIX 261. eodem pertinet Hesych. δαίμων· δαήμων. grammaticos veteres adiectivum a δαίω verbo deduxisse docet Etym. Gen. (Fl.) s. αἵμυλος et δαίμων.

ἐλλάμπω] Arch. 61₂ πολλοὺς . . Σείριος καταυανεῖ ὀξὺς ἐλλάμπων de sole[47]) dicitur. Herodotus voce ἐλλάμπομαι translate utitur de gloria I 80 VIII 74 οὐκ ἐλπίζοντες ἐλλάμψεσθαι, qui VIII 14 dicit ἡμέρη ἐπέλαμψε. seriores qui voce utuntur scriptores Plutarch. Plotin. Themist., Dionys. Areop., Gregor. pro locupletibus κοινῆς testibus esse non possunt, ita ut de voce non certo constet.

ἐπίρρησις] Arch. 8₁ δειλοῦ μὲν ἐπίρρησιν μελεδαίνων κτλ. Orio qui fragmentum servavit vocem explicat ὁ ψόγος καὶ ἡ κακηγορία, quae scriptura etiam in Suida (= Zon.) ἐπίρρησις· ὁ ψόγος καὶ ἡ κατηγορία restituenda est. novissima aetate vox revixit notione mutata, ita ut a vetustiore omnino aliena esse videatur: Plut. aud. poet. p 19d de Homero dicit εὖ δὲ καὶ ταῖς ἐπιρρήσεσι (i. e. sententiis generalibus) χρῆται. incantationis nomen est apud Lucianum Eusebium.

ἔσκε] [Arch. 14] ἔσκε μάχηται legitur. ἔσκε praeterea non inveni; Herodotus forma ἔστε utitur, v. Hoffmannus l. c. 594.

κηρύλος] Arch. 109a Cr. ὥσπερ κηρύλος. praeterea hoc nomen legitur Alcm. 26₃ κηρύλος εἴην κτλ.; Aristoph. Av. 299 ad Σποργίλον tonsorem cavillandum formam κειρύλος induxit. Aristot. h. an. VIII 3 κηρύλον de alcyone secernit.

ῥάχις] Arch. 21 de Thaso insula dicit ἥδε δ' ὥστ' ὄνου ῥάχις ἕστηκεν ὕλης ἀγρίης ἐπιστεφής. dorsi nomen primum legitur I 208 συὸς σιάλοιο ῥάχιν, post Archilochum inter alios ap. Hippocr. π. ἄρθρ. IV 124 176 182 190 de hominis dorso. contra Herod. III 54 ἐπὶ τῆς ῥάχιος τοῦ ὄρεος ἐπεόντα VII 216 κατὰ ῥάχιν τοῦ ὄρεος iugum montis ῥάχιν dicit: vides quomodo haec notio apud Archilochum praeparetur.

---

47) Plut. conv. quaest. III 10, 2 Hesych. s. Σείριος qui idem bis tractavit.

χρυσοέθειρ] Steph. B. s. βέχειρ· . . χρυσοέθειρ παρ' Ἀρχιλόχωι ἐν Ἰοβάκχοις (fr 121), ὅπερ ἀποκέκοπται τοῦ χρυσοέθειρος. adiectiva cum ἔθειρ composita imprimis imprecationis fuisse videntur. Heliodor. Aethiop. III 2 (bis) τὰν Θέτιν ἀείδω χρυσοέθειρα Θέτι⟨ν⟩, cf ep. 1025$_3$ K. forma plenior -έθειρος legitur Anacr. 76 εὐέθειρα χρυσόπεπλε κοῦρα [48]) Maxim. π. καταρχῶν 95 Θεαντὶς χρυσοέθειρα 220· χρυσοέθειραν Μήνην Nonn. D. XIV 368 Marc. Sidet. 35 praebent ὀξυέθειρ.

---

48) nonne deam quandam, e. g. Musam adloquatur poeta? etiam duplex epitheton implorationi convenire. ceterum cf Weberus Anacr. p 79.

C.

Index.

Vocabulis homericis (Il. Od.) signum non praeposui.
o praeposui vocabulis quae primum leguntur in hymnis.
+ — — — — — — Hesiodo.
*** — — — primus Archilochus praebet.**
**** — — — solus — —**
[ ] inclusi fr. ab Archilocho aliena.
Cr. = Anth. lyr. ed. Hillerus-Crusius.
AB = fragmenta Reitzensteiniana (*Berl. Sitzungsber.* 1899, 857).
numeris () inclusis dissertationis paginae indicantur.
rarissimarum quarundam vocum apud posteros usum in indice adnotavi.

A

E.

Λ.

Μ.

N.

Ξ.

Υ.


Φ.

VITA.

Natus sum Vdo Bahntje patre Hermanno matre Elisabeth e gente Luettgau in vico Brunsvicensi qui est Beienrode anno LXXV mensis Aprilis die X; fidei addictus sum euangelicae. fundamento a patre posito nisus inde a vere anni LXXXVII Brunsvigae Gymnasii Novi classes percurri et aliorum egregiorum virorum et Rudolfi Mack disciplina institutus.

Autumno anni XCIV maturitatis testimonium assecutus hanc sedem litterarum adii, ubi per quinque annos philologiae fui studiosus exceptis sex hiemis XCV/VI mensibus Berolini peractis. docuerunt me viri doctissimi Baumann Bonwetsch Dilthey Heyne Kaibel Leo Meissner GEMueller Rehnisch Roethe WSchulze de Wilamowitz-Moellendorff Gottingenses, Diels Graef Kekule de Stradonitz ESchmidt de Treitschke † Vahlen Weinhold Berolinenses. Regii philologorum proseminarii Gottingensis sodalis fui per duo, seminarii Gottingensis sodalis ordinarius per quinque semestria quorum per tria senior; proseminarii Germanici Gottingensis per unum annum sodalis, seminarii Germanici Berolinensis Weinholdio moderante per sex menses sodalis extraordinarius, seminarii Germanici Gottingensis per tria semestria sodalis ordinarius fui. ad exercitationes philologicas Diels Schulze, archaeologicas Dilthey Graef benevole me admiserunt; Novi Testamenti epistulis quibusdam interpretandis ut interessem Schürer benigne concessit. quibus viris debitas habeo gratias cum

omnibus tum Wilamowitzio Leoni Schulzio Roethio Kaibelio Dielsio. in hoc opusculo conficiendo Wilamowitzius Schulze Leo Kaibel egregie me adiuverunt: Schulzii operae consilioque indefesso debeo, quod de delectu verborum agere ausus sum. Wilamowitzius vero quanta benevolentia atque indulgentia inde a primo die studia mea foverit, qui illo quo ardet Amore animum meum incendit, hic non est locus ut exponatur.


AUG 13 1907
DUE JUN 16 1936
FEB 5 '65 H
496637